SAN GREGORIO MAGNO

Morales sobre Job

Moralia

TOMO III · VII

SABBATISMUS

San Gregorio Magno (540–604)
Moralia · Morales sobre Job

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

ÍNDICE

Parte tercera 13
CAPÍTULO I. 13
Capítulo II 15
CAPÍTULO III. 17
CAPÍTULO IV. 19
Capítulo V 19
Capítulo VI 21
CAPÍTULO VII. 23
CAPÍTULO VIII. 25
Capítulo IX 25
Capítulo X 27
Capítulo XI 31
Capítulo XII 33
CAPÍTULO XIII. 35
Capítulo XIV 37
CAPÍTULO XV. 37
CAPÍTULO XVI. 39
Capítulo XVII 41
CAPÍTULO XIX. 45
Capítulo XX 47
CAPÍTULO XXI. 49
Capítulo XXII 49
Capítulo XXIII 51
CAPÍTULO XXIV. 51
CAPÍTULO XXV. 51
CAPÍTULO XXVI. 51
CAPÍTULO XXVII. 53
CAPÍTULO XXVIII. 53
CAPÍTULO XXIX. 55
CAPÍTULO XXX. 57
CAPÍTULO XXXI. 57
CAPÍTULO XXXII. 57
CAPÍTULO XXXIII. 59
CAPÍTULO XXVII. 63
CAPÍTULO XXXV. 63
Capítulo XXXVI 63
CAPÍTULO XXXVII. 65
Capítulo XXXVIII 65
CAPÍTULO XXXIX. 67
CAPÍTULO XL. 69
Capítulo XLI 69
Capítulo XLII 71
CAPÍTULO XLIII. 73
CAPÍTULO XLIV. 73

Capítulo XLV. 75
Capítulo XLVI. 77
Capítulo XLVII 77
CAPÍTULO XLVIII. 79
Capítulo XLIX 81
Capítulo L 83
CAPÍTULO LI. 85
CAPÍTULO LII. 87
Libro D 89
CAPÍTULO PRIMERO. 89
Capítulo II 89
Capítulo III 91
Capítulo IV 93
CAPÍTULO V. 95
Capítulo VI 99
CAPÍTULO VII. 101
CAPÍTULO VIII. 101
Capítulo IX 103
Capítulo X 105
Capítulo XI 105
CAPÍTULO XII. 107
Capítulo XIII 109
Capítulo XIV 109
Capítulo XV 111
Capítulo XVI 111
Capítulo XVII 113
Capítulo XVIII 115
CAPÍTULO XIX. 119
Capítulo XX 119
Capítulo XXI 119
CAPÍTULO XXII. 121
Capítulo XXIII 121
CAPÍTULO XXIV. 123
CAPÍTULO XXV. 123
CAPÍTULO XXVI. 125
CAPÍTULO XXVII. 125
CAPÍTULO XXVIII. 125
CAPÍTULO XXIX. 127
CAPÍTULO XXX. 127
CAPÍTULO XXXI. 127
CAPÍTULO XXXII. 131
CAPÍTULO XXXIII. 131
CAPÍTULO XXXIV. 131
CAPÍTULO XXXV. 133
CAPÍTULO XXXVI. 133

CAPÍTULO XXXVII. 135
CAPÍTULO XXXVIII. 135
CAPÍTULO XXXIX. 137
CAPÍTULO XL. 139
CAPÍTULO XLI. 139
CAPÍTULO XLII 141
Capítulo XLIII 143
CAPÍTULO XLIV 145
CAPÍTULO XLV 145
Capítulo XLVI 147
CAPÍTULO XLVII 147
CAPÍTULO XLVIII 149
CAPÍTULO XLIX 149
CAPÍTULO L 149
Capítulo LI 151
CAPÍTULO LII. 151
Capítulo LIII 155
Capítulo LIV 157
CAPÍTULO LV. 159
Libro D 163
CAPÍTULO PRIMERO. 163
Capítulo II 163
CAPÍTULO III. 165
CAPÍTULO IV. 165
CAPÍTULO V. 167
CAPÍTULO VI. 171
Capítulo VII. 171
Capítulo VIII. 173
Capítulo X 175
CAPÍTULO XI. 177
Capítulo XII 177
CAPÍTULO XIII. 179
CAPÍTULO XIV. 179
CAPÍTULO XV. 181
CAPÍTULO XVI. 181
CAPÍTULO XVII. 185
CAPÍTULO XVIII. 185
CAPÍTULO XIX. 185
Capítulo XX 187
CAPÍTULO XXI. 187
Capítulo XXII 187
CAPÍTULO XXIII. 189
Capítulo XXIV 191
Capítulo XXV 193
CAPÍTULO XXVI. 193

CAPÍTULO XXVII. 195
Capítulo XXVIII 195
CAPÍTULO XXIX. 197
CAPÍTULO XXX. 197
CAPÍTULO XXXI. 197
CAPÍTULO XXXII. 199
CAPÍTULO XXXIII. 199
CAPÍTULO XXXIV. 201
CAPÍTULO XXXV. 203
CAPÍTULO XXXVI. 203
CAPÍTULO XXXVII. 205
CAPÍTULO XXXVIII. 205
CAPÍTULO XXXIX. 207
CAPÍTULO XL. 207
Capítulo XLI 209
CAPÍTULO XLII. 209
CAPÍTULO XLIII. 211
Capítulo XLIV 211
Capítulo XLV 213
CAPÍTULO XLVI. 213
CAPÍTULO XLVII. 215
CAPÍTULO XLVIII. 215
CAPÍTULO XLIX. 217
Libro D 219
CAPÍTULO II. 221
CAPÍTULO III. 221
CAPÍTULO IV. 223
CAPÍTULO V. 223
CAPÍTULO VI. 223
CAPÍTULO VII. 225
CAPÍTULO VIII. 227
CAPÍTULO IX. 229
Capítulo X 229
Capítulo XI 229
CAPÍTULO XII. 231
Capítulo XIII 233
CAPÍTULO XIV. 235
CAPÍTULO XV. 235
Capítulo XVI 237
Capítulo XVII 239
Capítulo XVIII 241
CAPÍTULO XIX. 243
CAPÍTULO XX. 243
Capítulo XXI 245
CAPÍTULO XXII. 245

Capítulo XXIII 247
CAPÍTULO XXIV. 249
Capítulo XXV 251
CAPÍTULO XXVI. 251
CAPÍTULO XXVII. 251
CAPÍTULO XXVIII. 253
Capítulo XXIX 255
CAPÍTULO XXX. 257
Capítulo XXXI 259
Capítulo XXXII 263
CAPÍTULO XXXIII. 263
Capítulo XXXIV 265
Capítulo XXXV 265
Capítulo XXXVI 269
Capítulo XXXVII 269
Capítulo XXXVIII 269
Capítulo XXXIX 271
CAPÍTULO XL. 273
CAPÍTULO XLI. 273
CAPÍTULO XLII. 275
Capítulo XLIII 275
Capítulo XLIV 275
Capítulo XLV 277
CAPÍTULO XLVI. 277
Capítulo XLVII 279
CAPÍTULO XLVIII. 279
Capítulo XLIX 281
Capítulo L 283
CAPÍTULO LI. 285
Capítulo LII 287
Capítulo LIII 289
CAPÍTULO LIV. 297
Capítulo LV 297
Capítulo LVI 303
Capítulo LVII 309
CAPÍTULO LVIII. 309
CAPÍTULO LIX. 309
Libro D 313
CAPÍTULO PRIMERO. 313
CAPÍTULO II. 313
Capítulo III 315
Capítulo IV 317
CAPÍTULO V. 319
Capítulo VI 319
Capítulo VII 321

CAPÍTULO VIII. 323
Capítulo IX 323
CAPÍTULO X. 323
CAPÍTULO XI. 325
Capítulo XII 327
CAPÍTULO XIII. 327
Capítulo XIV 329
Capítulo XV 331
Capítulo XVI 335
Capítulo XVII 337
CAPÍTULO XVIII. 337
CAPÍTULO XIX. 339
CAPÍTULO XX. 341
Capítulo XXI 341
Capítulo XXII 343
CAPÍTULO XXIII. 343
CAPÍTULO XXIII. 345
Capítulo XXV 345
Capítulo XXVI 347
Capítulo XXVII 349
CAPÍTULO XXVIII. 351
CAPÍTULO XXIX. 351
Capítulo XXX 353
Capítulo XXXI 355
Capítulo XXXII 357
Capítulo XXXIII 357
Capítulo XXXIV 359
CAPÍTULO XXXV. 361
Capítulo XXXVI 361
CAPÍTULO XXXVII. 363
CAPÍTULO XXXVIII. 363
Capítulo XXXIX 365
CAPÍTULO XL. 365
CAPÍTULO XLI. 365
CAPÍTULO XLII. 367
Capítulo XLIII 367
Capítulo XLIV 369
CAPÍTULO XLV. 369
Capítulo XLVI 371
Capítulo XLVII 373
Capítulo XLVIII 375
Capítulo XLIX 375
Capítulo L 377
Capítulo LI 379
CAPÍTULO LII. 381

CAPÍTULO LIII. ... 383
CAPÍTULO LIV. ... 385
CAPÍTULO LV. ... 385
Capítulo LVI ... 387
Capítulo LVII ... 391
Capítulo LVIII ... 393
Capítulo LIX ... 397
Capítulo LX ... 397
Capítulo LXI ... 401
CAPÍTULO LXII. ... 401
Libro D ... 403
CAPÍTULO PRIMERO. ... 403
CAPÍTULO II. ... 403
CAPÍTULO III. ... 403
CAPÍTULO IV. ... 405
Capítulo V ... 405
CAPÍTULO VI. ... 411
CAPÍTULO VII. ... 411
Capítulo VIII ... 413
CAPÍTULO IX. ... 415
Capítulo X ... 415
CAPÍTULO XI. ... 419
Capítulo XII ... 419
Capítulo XIII ... 421
Capítulo XIV ... 421
Capítulo XV ... 423
CAPÍTULO XVI. ... 423
Capítulo XVII ... 425
CAPÍTULO XVIII. ... 425
Capítulo XIX ... 427
CAPÍTULO XX. ... 429
CAPÍTULO XXI. ... 429
CAPÍTULO XXII. ... 431
Capítulo XXIII ... 431
CAPÍTULO XXIV. ... 431
CAPÍTULO XXV. ... 433
Capítulo XXVI ... 435
Capítulo XXVII ... 437
Capítulo XXVIII ... 439
CAPÍTULO XXIX. ... 439
Capítulo XXX ... 441
Capítulo XXXI ... 443
CAPÍTULO XXXII. ... 445
CAPÍTULO XXXIII. ... 445
CAPÍTULO XXXIV. ... 447

CAPÍTULO XXXV. ... 449
CAPÍTULO XXXVI ... 449
Capítulo XXXVII. ... 449
Capítulo XXXVIII. ... 453
CAPÍTULO XXXIX. ... 453
CAPÍTULO XL. ... 455
Capítulo XLI ... 455
Capítulo XLII ... 457
Capítulo XLIII ... 459
Capítulo XLIV ... 461
CAPÍTULO XLV. ... 463
CAPÍTULO XLVI. ... 463
CAPÍTULO XLVII ... 465
CAPÍTULO XLVIII ... 465
CAPÍTULO XLIX ... 465
CAPÍTULO L ... 467
CAPÍTULO LI ... 469
CAPÍTULO LII ... 469
CAPÍTULO LIII ... 471
CAPÍTULO LIV ... 471
CAPÍTULO LV ... 473
CAPÍTULO LVI ... 475
CAPÍTULO LVII ... 475
CAPÍTULO LVIII ... 475
CAPÍTULO LIX ... 477
CAPÍTULO LX ... 479
CAPÍTULO LXI ... 481
CAPÍTULO LXII ... 481
CAPÍTULO LXIII ... 483
CAPÍTULO LXIV ... 485
CAPÍTULO LXV ... 485
CAPÍTULO LXVI ... 487
Capítulo LXVII ... 487
Capítulo LXVIII ... 489
Capítulo LXIX ... 491
Parte C ... 493
CAPÍTULO PRIMERO. ... 493
Capítulo II ... 493
Capítulo III ... 497
CAPÍTULO IV. ... 499
Capítulo V ... 499
Capítulo VI ... 501
Capítulo VII ... 501
CAPÍTULO VIII. ... 503
CAPÍTULO IX. ... 505

CAPÍTULO X. 507
Capítulo XI. 509
Capítulo XII 511
Capítulo XIII 515
CAPÍTULO XIV. 517
CAPÍTULO XV. 517
CAPÍTULO XVI. 519
CAPÍTULO XVII. 521
Capítulo XVIII 523
CAPÍTULO XIX. 523
CAPÍTULO XX. 525
Capítulo XXI 525
CAPÍTULO XXII. 527
CAPÍTULO XXIII. 529
Capítulo XXIV 529
CAPÍTULO XXV. 529
Capítulo XXVI 531
Capítulo XXVII 535
Capítulo XXVIII 537
Capítulo XXIX 539
Capítulo XXX 541
Capítulo XXXI 545
Capítulo XXXII 549
CAPÍTULO XXXIII 553

Pars tertia

, LIBRIS SEX CONSTANS.

LIBER UNDECIMUS.

In quo caput duodecimum, a versu sexto, decimum tertium, et decimi quarti quatuor priores versus, mutato tantisper stylo, exponuntur.

CAPUT PRIMUM.

1. Quae sint tota hac tertia parte exponenda et quo stylo.---Quamvis in prolixo opere esse culpabilis styli mutabilitas non debeat, ne quis tamen me ex locutionis meae immutatione reprehendat, in epistola libris praemissa causam reddidi cur tertiam hujus operis partem ad aliarum usque similitudinem minime emendando perduxi. Quibus scilicet exclusis, hoc quoque additur, quod ab eo versu, quo dicitur: Abundant tabernacula praedonum, ejusdem partis expositio incipit, et usque ad hoc, quod scriptum est: Dulcedo eorum vermis; disserendo pertingit. Quae nimirum tam multa sunt, ut in uno corpore comprehendi non possent, nisi sub magna brevitate dicerentur. Qui ergo ab aliis actibus vacat, legat caetera multipliciter dicta. Cui vero ad studiose legendum non vacat, hujus partis ei brevitas placeat, in qua non tam quae sentimus dicimus quam ea quae sunt dicenda signamus. Igitur quoniam in ea multa, sicut me loquente excepta sunt, ita dereliqui, immutationem styli lector meus aequanimiter accipe, quia et saepe eosdem cibos edentibus, diversitas placet coctionis. Sed quoties partes singulas ad legendum sumis, reducere semper ad memoriam eam, quam proposui causae originem, stude, quia et per beatum Job, qui dolens dicitur, passiones Domini ejusque corporis, id est sanctae Ecclesiae designantur, et amici ejus haereticorum tenent speciem, qui, ut saepe jam diximus (Maxime praefat., c. 6, n. 15), Deum dum defendere nituntur, offendunt.

PARTE TERCERA

, QUE CONSTA DE SEIS LIBROS.

LIBRO UNDÉCIMO.

En el cual se explican el capítulo duodécimo, desde el verso sexto, el decimotercero, y los cuatro primeros versos del decimocuarto, habiéndose cambiado por un tiempo el estilo.

CAPÍTULO I.

1. Qué cosas han de ser explicadas en toda esta tercera parte y en qué estilo.--- Aunque en una obra prolífica no debería ser culpable la mutabilidad del estilo, sin embargo, para que nadie me reprenda por el cambio de mi lenguaje, en la carta antepuesta a los libros di la razón de por qué llevé la tercera parte de esta obra a la semejanza de las otras enmendando mínimamente. Excluidos estos puntos, se añade también esto: que desde aquel verso en que se dice: Abundan los tabernáculos de los ladrones, comienza la exposición de esta misma parte, y llega discurriendo hasta aquello que está escrito: Su dulzura es un gusano. Las cuales cosas son ciertamente tantas, que no podrían ser comprendidas en un solo volumen (corpore), si no se dijeran con gran brevedad. Quien, por tanto, esté libre de otros actos, lea las demás cosas dichas de múltiples maneras. Pero para quien no tiene tiempo para leer estudiosamente, le agrade la brevedad de esta parte, en la cual no decimos tanto lo que sentimos como señalamos lo que debe decirse. Por tanto, ya que en ella dejé muchas cosas tal como fueron recogidas mientras yo hablaba, recibe, lector mío, con ecuanimidad el cambio de estilo, porque incluso a los que comen los mismos alimentos les agrada la diversidad del modo de cocinarlos. Pero cada vez que tomes las partes individuales para leer, procura traer siempre a la memoria aquel origen de la causa que propuse: porque tanto por el bienaventurado Job, de quien se dice que sufre, se designan las pasiones del Señor y de su cuerpo, esto es, la santa Iglesia; y sus amigos representan la especie de los herejes, quienes, como ya hemos dicho a menudo (Pref. Máx., c. 6, n. 15), mientras intentan defender a Dios, le ofenden.

Qui dum ficte consulunt, sanctorum mentem fortiter affligunt; nec tamen per cuncta quae loquuntur a veritatis cognitione desipiunt, sed plerunque et stultis prudentia, et fictis vera permiscent, ut dum ex veritate aliquid praerogant, facile ad falsitatem trahant. Unde amici quoque beati Job modo despicabilia, modo autem mira sunt quae loquuntur; quae tamen sanctus vir aliquando reprobando convincit, aliquando vero approbando suscipit, atque ad usum rectitudinis pertrahit etiam quae ab eis recta, sed non recte proferuntur. Itaque inopiam suam despicientes despicit, atque in sterquilinio corpore positus, in quanto virtutum culmine apud se sedeat ostendit, cum nil esse praesentis vitae divitias memorat, quos abundare et reprobis narrat, dicens:

Caput II

[Vet. I, Rec. II].

CAP. 12, VERS. 6.---Abundant tabernacula praedonum, et audacter provocant Deum, cum ipse dederit omnia in manibus eorum.

2. Quantus in Job divitiarum contemptus eluceat.---Facile est hominem tunc divitias despicere, cum habet; difficile vero est eas, cum non habet, viles aestimare. Unde patenter ostenditur quantus contemptus terrenarum rerum in beati Job cogitatione fuerit, qui tunc dicit nulla esse quae abundant reprobis, quando omnia amisit. Ait ergo: Abundant tabernacula praedonum, et audacter provocant Deum, quia plerumque mali eo magis contra Deum superbiunt, quo ab ejus largitate et contra meritum ditantur; et qui provocari bonis ad meliora debuerant, donis pejores fiunt.

3. Quae injuste faciunt mali, Deus fieri juste permittit---Sed intelligendum nobis est quomodo praedones appellentur, dum protinus additur: Cum ipse dederit omnia in manibus eorum. Si enim praedones sunt, violenter abstulerunt, et dubium non est quia violentorum non sit adjutor Deus. Quomodo igitur ipse dat quod hi qui praedones sunt nequiter tollunt? Sed sciendum est quia aliud est quod omnipotens Deus misericorditer tribuit, aliud quod iratus haberi sinit.

Los cuales, mientras aconsejan ficticiamente, afligen fuertemente la mente de los santos; sin embargo, no desvarían del conocimiento de la verdad en todo lo que dicen, sino que la mayoría de las veces mezclan la prudencia con las necedades y las verdades con las ficciones, para que, mientras se arrogan algo de la verdad, arrastren fácilmente a la falsedad. De donde también los amigos del bienaventurado Job a veces dicen cosas despreciables, a veces cosas admirables; las cuales, sin embargo, el santo varón a veces rebate reprobándolas, a veces las acepta aprobándolas, y atrae al uso de la rectitud incluso las cosas que son proferidas por ellos rectamente, pero no de modo recto. Así pues, despreciando a los que desprecian su indigencia, y puesto corporalmente en el estercolero, muestra en qué gran cumbre de virtudes se asienta en su interior, cuando menciona que nada son las riquezas de la vida presente, las cuales relata que abundan incluso para los réprobos, diciendo:

Capítulo II

[Vet. I, Rec. II].

CAP. 12, VERS. 6.---Abundan los tabernáculos de los ladrones, y provocan audazmente a Dios, cuando Él mismo ha dado todas las cosas en sus manos.

2. Cuán gran desprecio de las riquezas brilla en Job.---Es fácil para el hombre despreciar las riquezas cuando las tiene; pero es difícil estimarlas como viles cuando no las tiene. De donde se muestra patentemente cuán gran desprecio de las cosas terrenas hubo en el pensamiento del bienaventurado Job, quien dice entonces que nada son las cosas que abundan para los réprobos, cuando lo ha perdido todo. Dice, pues: Abundan los tabernáculos de los ladrones, y provocan audazmente a Dios, porque la mayoría de las veces los malos se ensoberbecen tanto más contra Dios, cuanto más son enriquecidos por su largueza y contra su mérito; y quienes deberían haber sido provocados por los bienes a cosas mejores, se vuelven peores por los dones.

3. Lo que los malos hacen injustamente, Dios permite justamente que se haga.---Pero debemos entender cómo son llamados ladrones, cuando al punto se añade: Cuando Él mismo ha dado todas las cosas en sus manos. Pues si son ladrones, las quitaron violentamente, y no hay duda de que Dios no es el ayudador de los violentos. ¿Cómo, pues, da Él mismo lo que estos que son ladrones quitan inicuamente? Pero debe saberse que una cosa es lo que Dios omnipotente concede misericordiosamente, y otra lo que airado permite que se posea.

Nam quod praedones perverse faciunt, hoc dispensator aequissimus fieri non nisi juste permittit; ut et is qui rapere sinitur caecatus mente culpam augeat, et is qui rapinam patitur jam in ejusdem rapinae damno pro alia quam ante perpetravit culpa feriatur. Ecce enim quidam in montis fauce constitutus insidiatur itinerantibus; sed is qui iter agit iniqua fortasse quaedam aliquando perpetravit, eique omnipotens Deus malum suum in praesenti vita retribuens, atque hunc insidiatoris manibus tradens, vel spoliari rebus, vel etiam interimi permittit. Quod ergo praedo injuste appetiit, hoc aequissimus judex juste fieri permisit; ut et ille reciperet quod injuste fecerat, et iste gravius quandoque feriatur, per cujus nequissimam voluntatem culpam omnipotens Deus in alterum juste vindicavit. Ille purgatur qui opprimitur; in isto reatus augetur, qui opprimit, ut vel de profundo nequitiae quandoque ad poenitentiam redeat, vel non revertens tanto gravius aeterna damnatione feriatur, quanto diu est in sua iniquitate toleratus. Cum illo ergo misericorditer agitur ut peccatum finiat, cum isto districte ut multiplicet, nisi ad poenitentiam recurrat. In illo mala purgantur dum vim sustinet, in isto cumulantur dum facit. Omnipotens itaque Deus quod fieri prohibet justum est ut fieri sinat, ut unde nunc exspectat, et non conversos diu tolerat, quandoque inde plus feriat. Bene ergo dicitur: Abundant tabernacula praedonum, et audacter provocant Deum, cum ipse dederit omnia in manibus eorum, quia quod iniqui tollunt, eis hoc ipse dat, qui illis ad rapinam posset obsistere, si misereri voluisset.

[Vet. II.] 4. Praedones sunt qui de donis a Deo sibi collatis superbiunt.---Quod tamen intelligi de rebus quoque spiritalibus potest. Nam plerumque nonnulli doctrinae dona percipiunt, sed ex eisdem donis intumescunt, et magni prae caeteris videri volunt. Atque omnipotentem Deum provocare est de ejus donis inter proximos superbire. Qui etiam praedones non immerito vocantur, quia dum loquuntur quae non faciunt, in usum locutionis suae verba justorum tollunt. Sed quia haec ipsa verba superna eis gratia tribuit, quorum tamen vitam in pravis moribus relinquit, per semetipsos quidem praedones sunt, sed tamen bona quae habent divinitus acceperunt. Sequitur: VERS. 7 et 8.---Nimirum interroga jumenta, et docebunt te; volatilia coeli et indicabunt tibi. Loquere terrae, et respondebit tibi, et narrabunt pisces maris.

CAPUT III.

Pues lo que los ladrones hacen perversamente, esto el Dispenser equitativísimo permite que se haga solo justamente; para que tanto el que es permitido robar, cegado en su mente, aumente su culpa, como el que padece la rapiña sea ya herido en el daño de la misma rapiña por otra culpa que antes perpetró. Pues he aquí que alguien, puesto en la garganta de un monte, acecha a los caminantes; pero el que hace el camino acaso perpetró algunas cosas inicuas en algún momento, y Dios omnipotente, retribuyéndole su mal en la vida presente y entregándole en manos del acechador, permite que sea despojado de sus cosas, o incluso que sea muerto. Lo que, por tanto, el ladrón apeteció injustamente, esto el Juez equitativísimo permitió justamente que se hiciera; para que tanto aquel recibiera lo que injustamente había hecho, como este sea herido más gravemente en algún momento, por cuya nequísima voluntad Dios omnipotente vindicó justamente la culpa sobre el otro. Es purificado el que es oprimido; en este se aumenta el reato, el que oprime, para que o bien desde lo profundo de su nequedad vuelva en algún momento a la penitencia, o bien, no volviendo, sea herido tanto más gravemente por la condenación eterna, cuanto más tiempo ha sido tolerado en su iniquidad. Con aquel, por tanto, se actúa misericordiosamente para que termine el pecado; con este, estrictamente para que lo multiplique, a no ser que recurra a la penitencia. En aquel se purifican los males mientras sostiene la violencia; en este se acumulan mientras la hace. Dios omnipotente, por tanto, es justo que permita hacerse lo que prohíbe hacerse, para que de donde ahora espera y tolera largamente a los no convertidos, de allí castigue después más. Bien se dice, pues: Abundan los tabernáculos de los ladrones, y provocan audazmente a Dios, cuando Él mismo ha dado todas las cosas en sus manos, porque lo que los inicuos quitan, esto se lo da Él mismo, que podría haberles resistido en la rapiña si hubiera querido tener misericordia.

[Vet. II.] 4. Son ladrones los que se ensoberbecen por los dones que Dios les ha conferido.---Lo cual, sin embargo, puede entenderse también de las cosas espirituales. Pues la mayoría de las veces algunos reciben dones de doctrina, pero se hinchan por esos mismos dones, y quieren parecer grandes ante los demás. Y provocar a Dios omnipotente es ensoberbecerse por sus dones entre los prójimos. Los cuales también son llamados ladrones no sin merecimiento, porque mientras dicen lo que no hacen, toman para el uso de su lenguaje las palabras de los justos. Pero porque la gracia suprema les concede estas mismas palabras, cuya vida sin embargo deja en costumbres depravadas, por sí mismos ciertamente son ladrones, pero sin embargo han recibido de Dios los bienes que tienen. Sigue: VERS. 7 y 8.---Sin duda interroga a las bestias, y te enseñarán; a las volátiles del cielo y te indicarán. Habla a la tierra, y te responderá, y te contarán los peces del mar.

CAPÍTULO III.

5. Quid per jumenta et coeli volatilia, quid per terram et pisces maris significetur.---Quid per jumenta, nisi sensu pigriores, quid per coeli volatilia nisi summa atque sublimia sapientes intelligere debemus? De jumentis quippe, id est sensu pigrioribus, scriptum est: Animalia tua habitabunt in ea (Psal. LXVII, 11). Et quia sublimia sapientes, in verbis nostri Redemptoris evolant, scriptum est: Ita ut volucres coeli veniant, et habitent in ramis ejus (Matth. XIII, 32). Quid vero per terram, nisi terrena sapientes? Unde et primo homini coelestia deserenti dictum est, Terra es, et in terram ibis (Genes. III, 19). Quid per pisces maris nisi curiosos hujus saeculi debemus accipere? De quibus Psalmista ait: Pisces maris, qui perambulant semitas maris (Psal. VIII, 9). Qui in magnis rerum inquisitionibus quasi in abditis fluctibus latent. Quid autem cuncta haec inquisita doceant, adjungit, dicens:

CAPUT IV.

VERS. 9.---Quis ignorat quod omnia haec manus Domini fecerit?

6. Deum omnium creatorem cuncta praedicant.---Ac si aperte dicat: Sive sensu tardiores, seu sublimia sapientes, sive terrenis actibus deditos, seu hujus mundi occupatos inquisitionibus requiras, cuncta haec creatorem omnium Deum fatentur, et de potestate ejus concorditer sentiunt, quamvis sub ea non concorditer vivant. Quod enim justus quisque etiam vivendo loquitur, hoc injustus plerumque de Deo vel sola voce compellitur fateri; fitque ut mali, auctori omnium, cui operibus resistunt, attestatione famulentur, quia quem impugnare moribus ausi sunt, creatorem omnium negare non possunt. Quod tamen intelligi etiam juxta solam speciem litterae utiliter potest, quia omnis respecta creatura quasi dat vocem attestationis propriae, ipsam quam habet speciem suam. Jumenta, vel volatilia, terram, vel pisces requirimus, dum consideramus quae nobis concorditer respondent, quod cuncta Dominus fecerit; quia dum nostris oculis suas species ingerunt, se a semetipsis non esse testantur. Eo ipso enim quod creata sunt, per ostensam speciem creatori suo quasi vocem confessionis reddunt, qui quia omnia condidit, qualiter etiam debeant administrari disposuit. Unde subditur:

CAPUT V

[Vet. et Rec. III].

5. Qué se significa por las bestias y las volátiles del cielo, qué por la tierra y los peces del mar.---¿Qué debemos entender por las bestias, sino a los más lentos de sentido? ¿Qué por las volátiles del cielo, sino a los que saben cosas elevadas y sublimes? De las bestias, ciertamente, esto es, de los lentos de sentido, está escrito: Tus animales habitarán en ella (Sal. LXVII, 11). Y porque los que saben cosas sublimes vuelan en las palabras de nuestro Redentor, está escrito: De modo que las aves del cielo vienen y habitan en sus ramas (Mat. XIII, 32). ¿Qué en verdad por la tierra, sino a los que saben cosas terrenas? De donde también se dijo al primer hombre que desertaba de las cosas celestiales: Tierra eres, y a la tierra irás (Gén. III, 19). ¿Qué por los peces del mar debemos recibir, sino a los curiosos de este siglo? De los cuales dice el Salmista: Los peces del mar, que recorren las sendas del mar (Sal. VIII, 9). Los cuales en las grandes inquisiciones de las cosas se esconden como en olas recónditas. Pero qué enseñan todas estas cosas interrogadas, añade diciendo:

CAPÍTULO IV.

VERS. 9.---¿Quién ignora que la mano del Señor hizo todas estas cosas?

6. Todas las cosas predican a Dios como creador de todo.---Como si dijera abiertamente: Ya sea que busques a los más tardos de sentido, o a los que saben cosas sublimes, o a los entregados a los actos terrenales, o a los ocupados en las inquisiciones de este mundo, todas estas cosas confiesan a Dios como creador de todo, y sienten concordemente sobre su poder, aunque no vivan concordemente bajo él. Pues lo que cada justo dice incluso viviendo, esto el injusto la mayoría de las veces se ve compelido a confesarlo sobre Dios solo con la voz; y sucede que los malos sirven con su atestación al Autor de todo, a quien resisten con sus obras, porque a Aquel a quien se atrevieron a impugnar con sus costumbres, no pueden negarlo como creador de todo. Lo cual, sin embargo, puede entenderse útilmente incluso según la sola apariencia de la letra, porque toda criatura contemplada da como una voz de su propia atestación, por esa misma apariencia que tiene. Requerimos a las bestias, o a las volátiles, a la tierra, o a los peces, mientras consideramos las cosas que nos responden concordemente, que el Señor hizo todas las cosas; porque mientras presentan sus apariencias a nuestros ojos, atestiguan que no son por sí mismas. Por el hecho mismo, en efecto, de que son creadas, a través de la apariencia mostrada rinden como una voz de confesión a su Creador, quien, porque fundó todas las cosas, dispuso también cómo debían ser administradas. De donde se añade:

Capítulo V

[Vet. y Rec. III].

VERS. 10.---In cujus manu anima omnis viventis, et spiritus universae carnis hominis.

7. Qui praestitit esse quod non erat, providit qualiter sit quod jam existit. Spiritus hominis duobus modis intelligitur.---Per manum quippe potestas exprimitur. Anima igitur omnis viventis, et spiritus universae carnis hominis, in ejus potestate est a quo est; ut ipse provideat qualiter sit, qui praestitit esse quod non fuit. Potest vero per animam omnis viventis jumentorum vita signari. Omnipotens autem Deus jumentorum animam usque ad corporeos sensus vivificat, hominum vero spiritum usque ad spiritalem intellectum tendit. In ejus ergo manu est anima omnis viventis, et spiritus universae carnis hominis, dum et in illo hoc praestat animae ut vivificet carnem, et in isto ad hoc vivificat animam, ut ad intelligendam perveniat aeternitatem. Sciendum vero est quia in sacro eloquio spiritus hominis duobus modis poni consuevit. Aliquando namque spiritus pro anima, aliquando pro effectu spiritali ponitur. Pro anima namque spiritus dicitur, sicut de nostro ipso capite scriptum est: Inclinato capite tradidit spiritum (Joan. XIX, 30). Si enim aliud spiritum quam animam evangelista diceret, exeunte utique spiritu, anima remansisset. Pro effectu quoque spiritali spiritus dicitur, sicut scriptum est: Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem urentem (Psal. CIII, 4). Angeli quippe, id est nuntii, in sacro eloquio nonnunquam praedicatores vocantur, sicut per prophetam dicitur: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirunt ex ore ejus, quia angelus Domini exercituum est (Mal. II, 7). Omnipotens ergo Deus angelos suos spiritus facit, quia praedicatores suos spiritales efficit. Hoc autem loco si anima omnis viventis ipsa corporis vita signatur, spiritu universae carnis hominis effectus intelligentiae spiritalis exprimitur. Sequitur:

Caput VI

[Rec. IV].

VERS. 11.---Nonne auris verba dijudicat, et fauces comedentis saporem?

8. Unius ejusdemque sapientiae quam diversa dona diversique inhabitationis modi.---Pene nullum latet quod quinque sensus corporis nostri, videlicet visus, auditus, gustus, odoratus et tactus, in omne quod sentiunt atque discernunt, virtutem discretionis et sensus a cerebro trahunt. Et cum unus sit judex sensus cerebri qui intrinsecus praesidet, per meatus tamen proprios sensus quinque discernit, Deo mira operante, ut neque oculus audiat, neque auris videat, neque os olfaciat, neque nares gustent, neque manus odorentur.

VERS. 10.---En cuya mano está el alma de todo viviente, y el espíritu de toda carne de hombre.

7. Quien concedió que fuera lo que no era, proveyó cómo sea lo que ya existe. El espíritu del hombre se entiende de dos modos.---Por la mano, ciertamente, se expresa la potestad. El alma, pues, de todo viviente, y el espíritu de toda carne de hombre, está en la potestad de Aquel de quien procede; para que Él mismo provea cómo sea, Él que concedió que fuera lo que no fue. En verdad, por el alma de todo viviente puede significarse la vida de las bestias. Dios omnipotente vivifica el alma de las bestias hasta los sentidos corpóreos, pero extiende el espíritu de los hombres hasta el intelecto espiritual. En su mano, por tanto, está el alma de todo viviente, y el espíritu de toda carne de hombre, mientras que tanto en aquel concede esto al alma para que vivifique la carne, como en este vivifica el alma para esto, para que llegue a entender la eternidad. Pero debe saberse que en la sagrada elocuencia el espíritu del hombre suele ponerse de dos modos. Pues a veces el espíritu se pone por el alma, a veces por un efecto espiritual. Pues por el alma se dice espíritu, como está escrito de nuestra misma Cabeza: Inclinada la cabeza, entregó el espíritu (Juan XIX, 30). Pues si el evangelista llamara espíritu a algo distinto del alma, ciertamente al salir el espíritu, el alma habría permanecido. También por el efecto espiritual se dice espíritu, como está escrito: Que hace a sus ángeles espíritus, y a sus ministros fuego abrasador (Sal. CIII, 4). Los ángeles, ciertamente, esto es, los mensajeros, en la sagrada elocuencia a veces son llamados predicadores, como se dice por el profeta: Los labios del sacerdote guardan la ciencia, y de su boca requieren la ley, porque es el ángel del Señor de los ejércitos (Mal. II, 7). Dios omnipotente, por tanto, hace a sus ángeles espíritus, porque hace espirituales a sus predicadores. En este lugar, sin embargo, si por el alma de todo viviente se significa la misma vida del cuerpo, por el espíritu de toda carne de hombre se expresa el efecto de la inteligencia espiritual. Sigue:

Capítulo VI

[Rec. IV].

VERS. 11.---¿Acaso el oído no discierne las palabras, y las fauces del que come el sabor?

8. Cuán diversos son los dones y los modos de habitación de una misma sabiduría.---A casi nadie se le oculta que los cinco sentidos de nuestro cuerpo, a saber, vista, oído, gusto, olfato y tacto, en todo lo que sienten y disciernen, extraen la virtud de la discreción y del sentido del cerebro. Y siendo uno el sentido del cerebro como juez que preside interiormente, sin embargo a través de los conductos propios discierne los cinco sentidos, obrando Dios maravillosamente, de modo que ni el ojo oye, ni el oído ve, ni la boca huele, ni las narices gustan, ni las manos perciben olores.

Et cum per unum sensum cerebri omnia disponantur, quilibet tamen horum sensus aliud facere non potest, praeter id quod ex dispositione conditoris accepit. Ex istis ergo corporalibus et exterioribus, interiora et spiritalia colligenda sunt, ut per id quod in nobis publicum est transire debeamus ad secretum quod in nobis est et nosmetipsos latet. [Vet. IV.] Intuendum quippe est quia cum una sit sapientia, alium minus, alium magis inhabitat; alii hoc, alii illud praestat, et, quasi cerebri more, nobismetipsis velut quibusdam sensibus utitur, ut quamvis ipsa sibimet nunquam sit dissimilis, per nos tamen diversa et dissimilia semper operetur, quatenus iste sapientiae, ille scientiae donum percipiat; iste genera linguarum, ille gratiam curationum habeat.

9. Verba sapientiae reprobi solum audiunt, electi etiam gustant.---Sed in his verbis beatus Job, quibus ait: Auris verba dijudicat, et fauces comedentis, saporem, etiam de electis ac reprobis aliquid videtur innuere, quia verba sapientiae, quae reprobi audiunt, electi non solum audiunt, sed etiam gustant, ut eis in corde sapiat quod reproborum non mentibus, sed solummodo auribus sonat. Aliud namque est nominatum cibum audire solummodo, aliud vero etiam gustare. Electi itaque cibum sapientiae sic audiunt, ut degustent, quia hoc quod audiunt eis per amorem medullitus sapit. Reproborum vero scientia usque ad cognitionem sonitus tenditur, ut quidem virtutes audiant, sed tamen corde frigido qualiter sapiant ignorent. Quibus videlicet verbis beatus Job amicorum suorum imperitiam, et eorum qui de doctrina sapientiae inflantur arrogantiam reprobat, quia aliud est de Deo aliquid scire, aliud vero hoc quod cognoscitur fauce intelligentiae gustare. Recte ergo dicitur: Nonne auris verba dijudicat, et fauces comedentis, saporem? Ac si aperte arrogantibus diceretur: Doctrinae verba, quae vobis usque ad aurem veniunt, mihi etiam per saporem intimum intelligentiae fauces tangunt. Quia vero infirma aetas, etiam cum recte sapit, ad praedicandum non debet incaute prosilire, recte subditur:

CAPUT VII.

VERS. 12.---370 In antiquis est sapientia, et in multo tempore prudentia. 10. Sapientia per vivendi usum et experientiam confirmatur.---Illa enim dicta in sapientiae radice solidata sunt, quae per vivendi usum etiam actuum experimento convalescunt. Sed quia multis et longior vita tribuitur, et sapientiae gratia non confertur, recte adhuc in cujus judicio ipsa dona pendeant demonstratur, dum subditur:

Y aunque por un solo sentido del cerebro se disponen todas las cosas, sin embargo cada uno de estos sentidos no puede hacer otra cosa sino aquello que recibió por disposición del Creador. De estas cosas corporales y exteriores, por tanto, han de colegirse las interiores y espirituales, para que por aquello que es público en nosotros debamos pasar a lo secreto que hay en nosotros y que se nos oculta a nosotros mismos. [Vet. IV.] Debe considerarse, ciertamente, que siendo una la sabiduría, habita en uno menos y en otro más; a uno le concede esto, a otro aquello, y, a la manera del cerebro, se sirve de nosotros mismos como de ciertos sentidos, de modo que aunque ella nunca sea distinta de sí misma, sin embargo a través de nosotros siempre obra cosas diversas y distintas, a fin de que este reciba el don de la sabiduría, aquel el de la ciencia; este los géneros de lenguas, aquel la gracia de las curaciones.

9. Las palabras de la sabiduría los réprobos solo las oyen, los elegidos también las gustan.---Pero en estas palabras con las que el bienaventurado Job dice: El oído discierne las palabras, y las fauces del que come, el sabor, parece también insinuar algo sobre los elegidos y los réprobos, porque las palabras de la sabiduría, que los réprobos oyen, los elegidos no solo las oyen, sino que también las gustan, para que les sepa en el corazón lo que a los réprobos les suena no en las mentes, sino solamente en los oídos. Pues una cosa es oír solamente nombrar un alimento, y otra muy distinta también gustarlo. Los elegidos, por tanto, de tal modo oyen el alimento de la sabiduría que lo degustan, porque esto que oyen les sabe íntimamente a través del amor. Pero la ciencia de los réprobos se extiende hasta el conocimiento del sonido, de modo que ciertamente oyen las virtudes, pero sin embargo con el corazón frío ignoran cómo saben. Con cuyas palabras, a saber, el bienaventurado Job reprueba la impericia de sus amigos, y la arrogancia de aquellos que se hinchan por la doctrina de la sabiduría, porque una cosa es saber algo de Dios, y otra muy distinta gustar esto que se conoce con las fauces de la inteligencia. Rectamente se dice, pues: ¿Acaso el oído no discierne las palabras, y las fauces del que come, el sabor? Como si se dijera abiertamente a los arrogantes: Las palabras de la doctrina, que a vosotros os llegan hasta el oído, a mí me tocan también las fauces de la inteligencia por un sabor íntimo. Pero porque la edad débil, aun cuando rectamente siente, no debe saltar incautamente a predicar, rectamente se añade:

CAPÍTULO VII.

VERS. 12.---En los ancianos está la sabiduría, y en el mucho tiempo la prudencia.
10. La sabiduría se confirma por el uso de la vida y por la experiencia.---En efecto, aquellos dichos están consolidados en la raíz de la sabiduría, que a través del uso de la vida también se fortalecen por el experimento de los actos. Pero como a muchos se les concede una vida más larga y no se les confiere la gracia de la sabiduría, rectamente se muestra todavía de cuyo juicio dependen esos mismos dones, mientras se añade:

CAPUT VIII.

VERS. 13.---Apud ipsum est sapientia et fortitudo; ipse habet consilium et intelligentiam.

11. Christus Dei sapientia et fortitudo.---Haec non incongrue de Unigenito summi Patris accipimus, ut ipsum esse Dei sapientiam et fortitudinem sentiamus. Nam Paulus quoque nostro intellectui attestatur, dicens: Christum Dei virtutem et Dei sapientiam (I Cor. I, 24); qui apud ipsum semper est, quia in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum (Joan. I, 1). Habet autem Deus consilium et intelligentiam: consilium videlicet, quia disponit sua; intelligentiam, quia cognoscit nostra. [Vet. V.] Potest quoque consilii nomine ipsa occulti judicii mora signari, ut quod aliquando tardius delinquentes percutit, non quia iniquorum culpa non conspicitur, sed ut damnationis eorum sententia, quae pro agenda poenitentia differtur, quasi tarda ex consilio prodire videatur. Quod ergo foris quandoque aperta sententia indicat, hoc apud omnipotentem Dominum ante saecula in consilio latebat. Sequitur:

Caput IX

[Rec. V].

VERS. 14.---Si destruxerit, nemo est qui aedificet; si incluserit hominem, nullus est qui aperiat.

12. Deus humanam mentem destruit ab ea recedendo. Qui male agit conscientiam sibi carcerem facit.---Omnipotens Deus humanum cor destruit cum relinquit, aedificat dum replet. Neque enim humanam mentem debellando destruit, sed recedendo, quia ad perditionem suam sufficit sibi dimissa. Unde plerumque fit ut cum audientis cor exigentibus culpis omnipotentis Dei gratia non repletur, incassum exterius a praedicatore moneatur, quia mutum est os omne quod loquitur, si ille interius in corde non clamet, qui aspirat verba quae audiuntur. Hinc Propheta ait: Nisi Dominus aedificaverit domum, in vanum laborant qui aedificant eam (Psal. CXXVI, 1). Hinc Salomon dicit: Considera opera Dei quod nemo possit corrigere quem ille despexerit (Eccle. VII, 14). Nec mirum si a corde reprobo praedicator minime auditur, dum nonnunquam ipse quoque Dominus in his quae loquitur resistentium moribus impugnatur. Hinc est enim quod Cain et divina voce admoneri potuit, et mutari non potuit, quia exigente culpa malitiae, jam intus Deus cor reliquerat, cui foris ad testimonium verba faciebat.

CAPÍTULO VIII.

VERS. 12.---En él está la sabiduría y la fortaleza; él tiene el consejo y la inteligencia.

11. Cristo es la sabiduría y la fortaleza de Dios.---No recibimos estas cosas de manera incongruente acerca del Unigénito del sumo Padre, de modo que sintamos que él mismo es la sabiduría y la fortaleza de Dios. Pues Pablo también atestigua nuestro entendimiento, diciendo: Cristo fuerza de Dios y sabiduría de Dios (1 Cor. 1, 24); quien siempre está con él, porque en el principio era el Verbo, y el Verbo estaba con Dios, y el Verbo era Dios (Jn. 1, 1). Además, Dios tiene consejo e inteligencia: consejo, a saber, porque dispone lo suyo; inteligencia, porque conoce lo nuestro. [Vet. V.] También puede significarse con el nombre de consejo la misma demora del juicio oculto, de modo que el hecho de que a veces golpee más tardíamente a los delincuentes, no es porque no se vea la culpa de los inicuos, sino para que la sentencia de su condenación, que se difiere para que hagan penitencia, parezca proceder como tardía del consejo. Lo que, por tanto, a veces indica exteriormente una sentencia abierta, esto estaba oculto en el consejo ante el Señor omnipotente antes de los siglos. Sigue:

Capítulo IX

[Rec. V].

VERS. 14.---Si destruyere, no hay quien edifique; si encerrare al hombre, no hay quien le abra.

12. Dios destruye la mente humana alejándose de ella. El que obra mal hace de su conciencia una cárcel para sí.---Dios Omnipotente destruye el corazón humano cuando lo abandona, lo edifica mientras lo llena. Pues no destruye la mente humana combatiéndola, sino alejándose, porque ella se basta para su propia perdición cuando es dejada a sí misma. De donde sucede frecuentemente que cuando el corazón del oyente no se llena con la gracia de Dios omnipotente por la exigencia de las culpas, es amonestado en vano exteriormente por el predicador, porque muda es toda boca que habla, si aquel que aspira las palabras que se oyen no clama interiormente en el corazón. De aquí dice el Profeta: Si el Señor no edificare la casa, en vano trabajan los que la edifican (Sal. 126, 1). De aquí dice Salomón: Considera las obras de Dios, que nadie puede corregir a quien él ha despreciado (Ecl. 7, 14). Ni es maravilla si el predicador es mínimamente oído por un corazón réprobo, mientras que a veces el mismo Señor también es impugnado en aquellas cosas que habla por las costumbres de los que resisten. Pues de aquí es que Caín pudo ser amonestado incluso por la voz divina, y no pudo ser cambiado, porque exigiendo la culpa de la malicia, ya Dios había dejado interiormente el corazón, al cual exteriormente dirigía palabras para testimonio.

Bene autem subditur: Si incluserit hominem, nullus est qui aperiat. Quia omnis homo per id quod male agit, quid sibi aliud quam conscientiae suae carcerem facit, ut hunc animi reatus premat, etiamsi nemo exterius accuset? Qui cum, judicante Deo, in malitiae suae caecitate relinquitur, quasi intra semetipsum clauditur, ne evadendi locum inveniat, quem invenire minime meretur. Nam saepe nonnulli a pravis actibus exire cupiunt; sed quia eorumdem actuum pondere premuntur, in malae consuetudinis carcere inclusi, a semetipsis exire non possunt. Et quidam culpas proprias punire cupientes, hoc quod recte se agere aestimant, in graviores culpas vertunt; fitque modo miserabili ut quod exitum putant, hoc inclusionem inveniant. Sic videlicet reprobus Judas (Matth. XXVII, 5), cum mortem sibi contra peccatum intulit. 371 ad aeternae mortis supplicia pervenit, et pejus de peccato poenituit quam peccavit.

13. Vocanti Deo nemo resistit, relinquenti obviat nemo.---Dicatur ergo: Si incluserit hominem, nullus est qui aperiat, quia sicut nemo obsistit largitati vocantis, ita nullus obviat justitiae relinquentis. Includere itaque Dei est clausis non aperire. Unde et ad Moysen dicitur de Pharaone: Ego obdurabo cor ejus (Exod. IV, 21; VII, 3). Obdurare quippe per justitiam dicitur Deus, quando cor reprobum per gratiam non emollit. Recludit itaque hominem quem in suorum operum tenebris relinquit. [Vet. VI.] Quasi enim aperire hanc inclusionem Isaac primogenito filio voluit, cum hunc fratri praeponere benedicendo conatus est (Genes. XXVII, 5). Sed filium quem pater voluit Dominus reprobavit, et quem Dominus voluit pater etiam nolendo benedixit (Ibid., XXV, 34), ut qui jam primogenita fratri pro esca vendiderat primogenitorum benedictionem non acciperet, quam ex cupidine gulae reliquisset: qui terrena ambiens, fugitiva sequens, haereditare cupiens benedictionem, reprobatus est. Non enim invenit poenitentiae locum, quanquam cum lacrymis inquisisset eam, quia videlicet fructum non habent lamenta, quae student cum gemitu desiderare peritura. Aperire itaque Isaac nec filio potuit, quem Deus omnipotens justo judicio in suae carcere malitiae inclusit. Sequitur:

Caput X

[Rec. VI].

VERS. 15.---Si continuerit aquas, omnia siccabuntur; si emiserit eas, subvertent terram.

Pero bien se añade: Si encerrare al hombre, no hay quien le abra. Porque todo hombre, por aquello que obra mal, ¿qué otra cosa se hace para sí sino una cárcel de su propia conciencia, de modo que la reata del ánimo lo oprima, aunque nadie lo acuse exteriormente? El cual cuando, juzgándolo Dios, es dejado en la ceguedad de su malicia, queda como encerrado dentro de sí mismo, para que no encuentre lugar de evasión, el cual mínimamente merece encontrar. Pues a menudo algunos desean salir de los actos depravados; pero porque son oprimidos por el peso de los mismos actos, encerrados en la cárcel de la mala costumbre, no pueden salir de sí mismos. Y algunos, queriendo castigar sus propias culpas, esto que estiman que obran rectamente, lo convierten en culpas más graves; y sucede de modo miserable que lo que piensan que es salida, esto encuentran como encierro. Así, a saber, el réprobo Judas (Mt. 27, 5), cuando se infirió la muerte contra el pecado, llegó a los suplicios de la muerte eterna, y se arrepintió peor del pecado de lo que pecó.

13. A Dios que llama nadie resiste, al que abandona nadie sale al paso.---Dígase, pues: Si encerrare al hombre, no hay quien le abra, porque así como nadie se opone a la largueza del que llama, así nadie sale al paso de la justicia del que abandona. Encerrar, por tanto, es de Dios no abrir a los cerrados. De donde también se dice a Moisés acerca de Faraón: Yo endureceré su corazón (Éx. 4, 21; 7, 3). Pues se dice que Dios endurece por justicia, cuando no ablanda el corazón réprobo por la gracia. Encierra, por tanto, al hombre a quien deja en las tinieblas de sus propias obras. [Vet. VI.] Pues Isaac quiso como abrir este encierro a su hijo primogénito, cuando intentó anteponerlo a su hermano bendiciéndolo (Gén. 27, 5). Pero al hijo que el padre quiso, el Señor lo reprobó, y al que el Señor quiso, el padre también lo bendijo aun no queriendo (Ibíd., 25, 34), para que aquel que ya había vendido la primogenitura a su hermano por comida no recibiera la bendición de los primogénitos, la cual habría dejado por la codicia de la gula: quien, ambicionando cosas terrenas, siguiendo cosas fugitivas, deseando heredar la bendición, fue reprobado. Pues no encontró lugar de penitencia, aunque con lágrimas la hubiera buscado, porque a saber no tienen fruto los lamentos que se esmeran en desear con gemido cosas perecederas. Así pues, Isaac no pudo abrir ni siquiera a su hijo, a quien Dios omnipotente por un justo juicio encerró en la cárcel de su malicia. Sigue:

Capítulo X

[Rec. VI].

VERS. 15.---Si detuviere las aguas, todo se secará; si las enviare, subvertirán la tierra.

14. Subtracta praedicatione aut gratia, cor arescit.--- Si aqua scientia praedicationis accipitur, sicut scriptum est: Aqua profunda, verba ex ore viri et torrens redundans fons sapientiae (Prov. XVIII, 4), cum aqua continetur, cuncta siccantur; quia si scientia praedicatorum subtrahitur, eorum qui viridescere in spe aeterna poterant, corda protinus arefiunt; ut in desperata siccitate remaneant, dum, fugitiva diligentes, nesciunt sperare mansura. Sin vero aquae nomine sancti Spiritus gratia designatur, sicut Veritatis voce in Evangelio dicitur: Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquae vivae (Joan. VII, 38, 39); ubi statim evangelista subjunxit: Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum; congruus in his sermonibus intellectus patet, quibus ait: Si continuerit aquas, omnia siccabuntur, quia si sancti Spiritus gratia ab audientis mente subtrahitur, arescit protinus intellectus, qui jam per spem viridescere in audiente videbatur. Quod autem non aquam, sed aquas memorat, pluralitatis appellatione, ad septiformem donorum spiritalium gratiam recurrit, quia quasi tot aquis unusquisque infunditur, quot donis repletur. De quibus apte subjungitur: Si emiserit eas, subvertent terram.

15. Afflante gratia, cor terrena sapiens subvertitur et mutatur.---Quid enim terra, nisi peccator accipitur, cui per sententiam dictum est: Terra es, et in terram ibis (Genes. III, 19)? Manet itaque terra immobilis, cum praeceptis dominicis peccator obedire contemnit; cum cervicem superbiae erigit, atque a veritatis lumine oculos mentis claudit. Sed quia scriptum est: Pedes ejus steterunt, et mota est terra (Habac. III, 6, sec. LXX), quia cum veritas in corde figitur, mentis immobilitas agitatur, si sancti Spiritus gratia superno munere juxta vocem praedicantis infunditur, statim terra subvertitur, quia peccatricis mentis duritia ab immobilitatis suae obstinatione 372 permutatur, ut tantum se postmodum praeceptis dominicis flendo subjiciat, quantum superbiendo prius contra Dominum cervicem cordis erigebat. Videas namque quod terra cordis humani, aqua divini muneris infusa, post libenter injurias toleret, quas prius vehementer irrogabat; post etiam sua tribuat, quae prius et aliena rapiebat; post carnem abstinendo cruciet, quae prius satietate carnis per mortifera turpitudinum oblectamenta defluebat; post etiam persecutores diligat, quae prius diligere etiam se amantes nolebat. [Vet. VII.] Cum igitur mens humana, divino munere infusa, contra hoc quod consueverat agere coeperit, terra subversa est, quia deorsum missa est, quae prius eminebat, et sursum elevata est facies, quae prius in profunda premebatur.

14. Retirada la predicación o la gracia, el corazón se seca.---Si por el agua se entiende la ciencia de la predicación, como está escrito: Aguas profundas son las palabras de la boca del hombre, y torrente que redunda es la fuente de la sabiduría (Prov. 18, 4), cuando el agua es detenida, todas las cosas se secan; porque si se retira la ciencia de los predicadores, los corazones de aquellos que podían verdecer en la esperanza eterna, al punto se secan; de modo que permanezcan en una sequedad desesperada, mientras, amando las cosas fugitivas, no saben esperar las que permanecen. Pero si por el nombre del agua se designa la gracia del Espíritu Santo, como se dice por la voz de la Verdad en el Evangelio: El que cree en mí, como dice la Escritura, de su vientre fluirán ríos de agua viva (Jn. 7, 38. 39); donde inmediatamente el evangelista añadió: Pero esto dijo del Espíritu, que habían de recibir los que creyeran en él; resulta evidente el sentido congruente en estas palabras, por las cuales dice: Si detuviere las aguas, todo se secará, porque si la gracia del Espíritu Santo se retira de la mente del oyente, al punto se seca el entendimiento, que ya por la esperanza parecía verdecer en el oyente. Y el hecho de que no mencione el agua, sino las aguas, con apelación de pluralidad, recurre a la gracia septiforme de los dones espirituales, porque cada uno es como inundado por tantas aguas cuantos dones recibe. Sobre lo cual se añade aptamente: Si las enviare, subvertirán la tierra.

15. Al soplo de la gracia, el corazón que gusta de lo terreno es subvertido y cambiado.---Pues ¿qué se entiende por tierra, sino el pecador, al cual se le dijo por sentencia: Tierra eres y a la tierra irás (Gén. 3, 19)? Permanece, pues, la tierra inmóvil, cuando el pecador desprecia obedecer los preceptos del Señor; cuando yergue el cuello de la soberbia, y cierra los ojos de la mente a la luz de la verdad. Pero porque está escrito: Sus pies se detuvieron, y la tierra se movió (Hab. 3, 6, según la LXX), porque cuando la verdad se fija en el corazón, la inmovilidad de la mente se agita, si la gracia del Espíritu Santo es infundida por don celestial junto con la voz del que predica, al punto la tierra es subvertida, porque la dureza de la mente pecadora es cambiada de la obstinación de su propia inmovilidad 372, de modo que después se someta tanto llorando a los preceptos del Señor, cuanto antes por soberbia erguía el cuello del corazón contra el Señor. Verías, pues, que la tierra del corazón humano, infundida el agua del don divino, después tolera de buena gana las injurias que antes infligía con vehemencia; después incluso da lo suyo, que antes arrebataba aun lo ajeno; después atormenta la carne con la abstinencia, la cual antes se desbordaba por los mortíferos deleites de las torpezas con la saciedad de la carne; después incluso ama a sus perseguidores, a los que antes no quería amar ni siquiera a los que la amaban. [Vet. VII.] Por tanto, cuando la mente humana, infundida por el don divino, comienza a obrar contra lo que solía hacer, la tierra ha sido subvertida, porque ha sido puesto debajo lo que antes sobresalía, y ha sido elevada hacia arriba la faz que antes estaba oprimida en lo profundo.

16. Quod in Paulo converso mire elucet.---Libet in hujus rei exemplo unum e multis ad medium Paulum vocare; qui cum, acceptis contra Christum epistolis, Damascum pergeret, sancti Spiritus gratia in itinere infusus, ab illa sua protinus crudelitate mutatus est; et postmodum plagas pro Christo accepit, quas veniebat inferre Christianis; et qui prius carnaliter vivens, in mortem conabatur sanctos Domini tradere, gaudet postmodum pro vita sanctorum suae carnis sacrificium immolare (I Tim. I, 13). Illae crudelitatis ejus frigidae cogitationes versae sunt in ardorem pietatis; et qui prius fuit blasphemus et persecutor, humilis post factus est piusque praedicator (Act. IX, 1). Qui lucrum maximum putavit, se in discipulis Christum occidere, jam vitam suam Christum aestimat, et mori lucrum (Philip. I, 21). Emissa ergo aqua terra subversa est, quia Pauli mens, mox ut sancti Spiritus gratiam accepit, statum suae immobilitatis atque crudelitatis immutavit. Quod contra per prophetam Dominus contra Ephraim queritur, dicens: Ephraim factus est subcinericius panis, qui non reversatur (Osee VII, 8). Panis namque subcinericius super se cinerem portans, partem mundiorem deorsum premit, partemque superiorem tanto sordidiorem habet, quanto in ea cinerem tolerat. Mens itaque quae terrena cogitat quid super se aliud quam cineris molem portat? Sed si reversari voluerit, mundam faciem quam deorsum presserat superius reducit, cum cinerem quem portabat excusserit. Si igitur terrenarum cogitationum cinerem a mente excutimus, quasi panem subcinericium reversamus, ut illa nostra intentio jam postponi debeat, quam prius cogitationis infimae cinis premebat; et munda facies ad superiora veniat, ut recta nostra intentio mole jam terreni desiderii non prematur. Quod nequaquam agere possumus, nisi sancti Spiritus gratia perfundamur, quia videlicet omnipotens Deus si aquas emiserit, subvertent terram. Sequitur:

Caput XI

[Vet. VIII].

VERS. 16.---Apud ipsum est fortitudo et sapientia.

17. In judicio reprobi prius condemnabuntur, quam electi gloria donentur.---Paulo superius dictum fuerat: Apud ipsum est sapientia et fortitudo; nunc autem dicitur: Apud ipsum est fortitudo et sapientia. Quia enim omnipotens Deus, cum pietatis suae mysterio homo factus est, prius mansuetudinis doctrinam protulit, et postmodum in judicio quantae sit fortitudinis ostendit, recte superius sapientia ante fortitudinem memoratur, cum de Patris Unigenito 373 dicitur: Apud ipsum est sapientia et fortitudo.

16. Lo cual brilla maravillosamente en el converso Pablo.---Aplace, como ejemplo de este asunto, llamar a Pablo de entre los muchos al medio; el cual, cuando se dirigía a Damasco habiendo recibido cartas contra Cristo, infundida la gracia del Espíritu Santo en el camino, al punto fue cambiado de aquella su crueldad; y después recibió azotes por Cristo, los cuales venía a inferir a los cristianos; y el que antes, viviendo carnalmente, se esforzaba por entregar a la muerte a los santos del Señor, después se goza por la vida de los santos en inmolar el sacrificio de su propia carne (1 Tim. 1, 13). Aquellos sus fríos pensamientos de crueldad se convirtieron en ardor de piedad; y el que antes fue blasfemo y perseguidor, después se hizo humilde y piadoso predicador (Hch. 9, 1). El que consideró como lucro máximo matar a Cristo en sus discípulos, ya estima que su vida es Cristo, y el morir lucro (Fil. 1, 21). Enviada, pues, el agua, la tierra ha sido subvertida, porque la mente de Pablo, tan pronto como recibió la gracia del Espíritu Santo, cambió el estado de su inmovilidad y crueldad. Por el contrario, el Señor se queja por el profeta contra Efraín, diciendo: Efraín se ha vuelto pan subcinericio, que no se voltea (Os. 7, 8). Pues el pan subcinericio, llevando sobre sí la ceniza, oprime hacia abajo la parte más limpia, y tiene la parte superior tanto más sucia cuanto en ella tolera la ceniza. La mente, pues, que piensa cosas terrenas, ¿qué otra cosa lleva sobre sí sino una mole de ceniza? Pero si quisiere voltearse, reduce a la parte superior la cara limpia que había oprimido hacia abajo, una vez que haya sacudido la ceniza que llevaba. Si, por tanto, sacudimos de la mente la ceniza de los pensamientos terrenos, volteamos como el pan subcinericio, para que ya deba posponerse aquella nuestra intención que antes oprimía la ceniza del pensamiento ínfimo; y la cara limpia venga a lo superior, para que nuestra recta intención ya no sea oprimida por la mole del deseo terreno. Lo cual de ningún modo podemos hacer, si no somos inundados por la gracia del Espíritu Santo, porque, a saber, si Dios omnipotente enviare las aguas, subvertirán la tierra. Sigue:

Capítulo XI

[Vet. VIII].

VERS. 16.---En él está la fortaleza y la sabiduría.

17. En el juicio los réprobos serán condenados antes de que los electos sean dotados de gloria.---Un poco más arriba se había dicho: En él está la sabiduría y la fortaleza; pero ahora se dice: En él está la fortaleza y la sabiduría. Porque como el Dios omnipotente, cuando por el misterio de su piedad se hizo hombre, primero presentó la doctrina de la mansedumbre, y después en el juicio muestra de cuánta fortaleza es, rectamente arriba se menciona la sabiduría antes de la fortaleza, cuando se dice del Unigénito del Padre 373: En él está la sabiduría y la fortaleza.

Quia vero ad judicandum veniens in terrore suae virtutis apparebit, et repulsis reprobis, electis suis in regno perpetuo, qualiter sit sapientia Patris indicabit, recte in subsequenti sententia apud ipsum esse prius fortitudo, et post sapientia dicitur. In verbis itaque prioribus, quibus ait: Apud ipsum est sapientia et fortitudo, aperte indicat, quia hoc quod mansuetus edocuit qualiter credendum fuerit, in judicii virtute terribilis ostendet. In verbis vero subsequentibus, quibus ait: Apud ipsum est fortitudo et sapientia, luce clarius demonstrat, quod prius in judicio per virtutem reprobos destruit, et postmodum electorum mentibus aeterni regni perfecto lumine infulget. Sed quia ante extremi diem judicii judicare quotidie occultis dispositionibus facta mortalium non desistit, ad hoc quod nunc agitur reditur, cum subditur:

Caput XII

[Rec. VII].

VERS. 16, 17.---Ipse novit et decipientem, et eum qui decipitur. Adducit consiliarios in stultum finem et judices in stuporem.

18. Deus iniquorum dolos et scit in examine, et nescit in amore.---Cum omnis qui proximum suum decipere conatur iniquus sit, et iniquis Veritas dicat: Non novi vos, discedite a me omnes qui operamini iniquitatem (Matth. VII, 23), qualiter hoc in loco dicitur, quia Dominus decipientem novit? Sed quia scire Dei aliquando cognoscere dicitur, aliquando approbare, et scit iniquum, quia cognoscendo judicat (neque enim iniquum quempiam judicasset si nequaquam cognosceret), et tamen iniquum nescit, quia ejus facta non approbat. Et novit ergo quia deprehendit; et non novit, quia hunc in suae sapientiae specie non recognoscit: sicut de veraci quolibet viro dicitur quia falsitatem nesciat, non quia cum vel ab aliis falsum dicitur, hoc reprehendere ignorat, sed eamdem ipsam fallaciam et scit in examine, et nescit in amore, ut videlicet ipse hanc non agat, quam actam ab aliis damnat. Et fit plerumque ut nonnulli insidiis vacantes alienae vitae perversitatis suae laqueos tendant; et cum quis nesciens eisdem laqueis capi conspicitur, utrum haec divinitus videantur fortasse dubitatur; miranturque homines si haec Deus videat, cur fieri permittat; sed ipse novit decipientem et eum qui decipitur. Novit enim decipientem, quia plerumque anteriora ejus conspicit, et hunc justo judicio cadere etiam in alia peccata permittit.

Pero porque, viniendo a juzgar, aparecerá en el terror de su virtud, y, rechazados los réprobos, indicará a sus electos en el reino perpetuo de qué manera es la sabiduría del Padre, rectamente en la sentencia subsiguiente se dice que en él está primero la fortaleza, y después la sabiduría. En las palabras anteriores, por tanto, en las que dice: En él está la sabiduría y la fortaleza, indica abiertamente que esto que manso enseñó cómo debía ser creído, lo mostrará terrible en la virtud del juicio. Pero en las palabras subsiguientes, en las que dice: En él está la fortaleza y la sabiduría, demuestra más claro que la luz que primero en el juicio destruye a los réprobos por la virtud, y después ilumina las mentes de los electos con la luz perfecta del reino eterno. Pero porque, antes del día del juicio final, no cesa de juzgar diariamente los hechos de los mortales por disposiciones ocultas, se vuelve a esto que ahora se trata, cuando se añade:

Capítulo XII

[Rec. VII].

VERS. 16, 17.---Él conoce tanto al que engaña como al que es engañado. Conduce a los consejeros a un fin necio y a los jueces al estupor.

18. Dios tanto conoce los dolo de los inicuos en el examen, como los desconoce en el amor.---Como todo el que intenta engañar a su prójimo es inicuo, y la Verdad dice a los inicuos: No os conozco, apartaos de mí todos los que obráis la iniquidad (Mt. 7, 23), ¿de qué manera se dice en este lugar que el Señor conoce al que engaña? Pero porque el saber de Dios a veces se dice por conocer, a veces por aprobar; y conoce al inicuo, porque conociéndolo lo juzga (pues de ningún modo habría juzgado a alguien como inicuo si no lo conociera), y sin embargo no conoce al inicuo, porque no aprueba sus hechos. Y lo conoce, por tanto, porque lo descubre; y no lo conoce, porque no lo reconoce en la belleza de su sabiduría: así como se dice de cualquier hombre veraz que no conoce la falsedad, no porque ignore cómo reprenderla cuando es dicha por él o por otros, sino que conoce esa misma falacia en el examen, y la desconoce en el amor, para que, a saber, él mismo no la cometa, aunque la condena cometida por otros. Y sucede frecuentemente que algunos, dándose a las acechanzas, tienden los lazos de su propia perversidad a la vida ajena; y cuando se ve a alguien ser atrapado sin saberlo en esos mismos lazos, tal vez se duda si estas cosas son vistas divinamente; y los hombres se maravillan de que, si Dios ve estas cosas, por qué permite que se hagan; pero él mismo conoce al que engaña y al que es engañado. Pues conoce al que engaña, porque frecuentemente contempla sus actos anteriores, y por justo juicio permite que este caiga incluso en otros pecados.

Novit decipientem, quia in manu suorum operum dimissum hunc ut ad pejora proruat deserit, sicut scriptum est: Qui nocet, noceat adhuc; et qui in sordibus est, sordescat adhuc (Apoc. XXII, 11). Novit quoque et eum qui decipitur, quia saepe committunt homines mala quae sciunt, et idcirco permittuntur decipi, ut cadant in mala etiam quae nesciunt. Quod tamen deceptis aliquando ad purgationem, aliquando vero ad ultionis initium fieri solet.

19. Stultus finis eorum qui bonum non bona intentione faciunt.---Adducit autem consiliarios in stultum finem, cum etiam bonum quodlibet non bona intentione faciunt, sed ad temporalis muneris retributionem tendunt. Si enim ipse summi Patris Unigenitus, quia per hoc quod factus est homo aeterna nuntiavit, magni consilii angelus est vocatus, recte consiliarios praedicatores accipimus, qui suis auditoribus consilium vitae praebent. Sed cum praedicator quisque ideo aeterna praedicat, ut temporalia lucra consequatur, profecto in stultum finem 374 deducitur, quia illo per laborem tendit, unde per mentis rectitudinem fugere debuit.

[Vet. IX, rec. VIII.] 20. Eorum qui aliis praesunt nec invigilant, stupor.---Bene autem subditur: Et judices in stuporem. Omnes enim qui examinandis aliorum moribus praesunt recte judices vocantur. Sed cum is qui praeest, subjectorum vitam nequaquam sollicite discutit, nec quem qualiter corrigat agnoscit, in stuporem judex deductus est, quia qui judicare male acta debuit, nequaquam ea quae judicanda sunt deprehendit. Sequitur:

CAPUT XIII.

VERS. 18.---Balteum regum dissolvit, et praecingit fune renes eorum.

21. Deus mentis elationem peccatis carnalibus punit.---Qui membrorum suorum motus bene regere sciunt, non immerito reges vocantur. Sed cum de ipsa continentia elatione mens tangitur, plerumque omnipotens Deus ejus superbiam deserens, hanc in immunditiam operis cadere permittit. Regum itaque balteum dissolvit, quando in his qui bene regere sua membra videbantur, propter elationis culpam, castitatis in eis cingulum destruit. Quid vero in fune accipitur, nisi peccatum? Sicut per Salomonem dicitur: Iniquitates suae capiunt impium, et funibus peccatorum suorum constringitur (Prov. V, 22).

Conoce al que engaña, porque, abandonado en la mano de sus propias obras, lo desampara para que se precipite en cosas peores, como está escrito: El que daña, dañe todavía; y el que está en la inmundicia, ensúciese todavía (Apoc. 22, 11). Conoce también al que es engañado, porque a menudo los hombres cometen males que conocen, y por eso se les permite ser engañados, para que caigan en males que incluso desconocen. Lo cual, sin embargo, suele suceder a los engañados a veces para purgación, y a veces para el inicio de la venganza.

19. El fin necio de aquellos que hacen el bien no con buena intención.---Pero conduce a los consejeros a un fin necio, cuando hacen cualquier bien no con buena intención, sino que tienden a la retribución de un don temporal. Pues si el mismo Unigénito del sumo Padre, porque por el hecho de haberse hecho hombre anunció las cosas eternas, fue llamado Ángel del Gran Consejo, rectamente entendemos por consejeros a los predicadores, que ofrecen a sus oyentes el consejo de la vida. Pero cuando un predicador predica las cosas eternas para conseguir lucros temporales, ciertamente es conducido a un fin necio 374, porque tiende a través del trabajo hacia aquello de lo que debió huir por la rectitud de la mente.

[Vet. IX, rec. VIII.] 20. El estupor de aquellos que presiden sobre otros y no vigilan.---Bien, pues, se añade: Y a los jueces al estupor. Pues todos los que presiden para examinar las costumbres de otros son rectamente llamados jueces. Pero cuando el que preside de ningún modo discute solícitamente la vida de los súbditos, ni reconoce a quién ni cómo corregir, el juez ha sido conducido al estupor, porque el que debió juzgar los hechos mal realizados, de ningún modo descubre aquellas cosas que deben ser juzgadas. Sigue:

CAPÍTULO XIII.

VERS. 18.---Él desata el cinturón de los reyes, y ciñe con una cuerda sus lomos.

21. Dios castiga la elación de la mente con pecados carnales.---Los que saben regir bien los movimientos de sus miembros, no sin razón son llamados reyes. Pero cuando la mente es tocada por la elación a causa de esa misma continencia, frecuentemente el Dios omnipotente, desamparando su soberbia, permite que esta caiga en la inmundicia de la obra. Desata, pues, el cinturón de los reyes, cuando en aquellos que parecían regir bien sus miembros, por la culpa de la elación, destruye en ellos el cíngulo de la castidad. Pero ¿qué se entiende por la cuerda, sino el pecado? Como se dice por Salomón: Sus propias iniquidades atrapan al impío, y es ligado con las cuerdas de sus propios pecados (Prov. 5, 22).

Et quia in renibus carnis delectatio principatur, districtus conscientiarum judex, qui regum balteum dissolvit, fune praecingit renes eorum, quatenus dissoluto castitatis cingulo, scilicet eorum membris delectatio peccati dominetur, ut quos in occulto superbia inquinat, quam sint detestabiles etiam in publico ostendat. Sequitur:

Caput XIV

[Rec. IX].

VERS. 19.---Ducit sacerdotes inglorios, et optimates supplantat.

22. Qui aut curam sibi subditorum negligunt, aut aliud quam aeterna praemia requirunt, inglorii.---Magna sacerdotis gloria est rectitudo subditorum. Unde bene egregius praedicator discipulis dicit: Quae enim est nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriae? nonne vos ante Dominum (I Thess. II, 19)? Sed cum sacerdotes vitam discipulorum negligunt, et nullum de eorum provectibus ante Dominum fructum ferunt, quid aliud quam inglorii dicuntur? quia ante districtum judicem nimirum gloriam tunc non inveniunt, quam modo in subditorum suorum moribus praedicationis studio non exquirunt. Bene autem dicitur: Et optimates supplantat, quia cum mentem regentium justo judicio deserit, haec internum retributionis praemium non requirit; et in eo supplantatur quo fallitur, ut pro aeterna gloria de principatu temporali gratuletur. Supplantantur igitur optimates, quia dum vera coelestis patriae praemia negligunt, in suis hic voluptatibus cadunt. Sequitur:

CAPUT XV.

VERS. 20.---Commutans labium veracium, et doctrinam senum auferens.

23. Deus veritatis verbum facientibus tribuit, non facientibus tollit.---Cum sacerdos non agit bona quae loquitur, ei etiam sermo subtrahitur, ne loqui audeat quod non operatur, sicut per Prophetam dicitur: Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum (Psal. XLIX, 16)? Unde etiam deprecatur, dicens: Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque (Psal. CXVIII, 43). Perpendit namque quod omnipotens Deus veritatis verbum facientibus tribuit, et non facientibus tollit.

Y porque en los lomos domina el deleite de la carne, el juez severo de las conciencias, que desata el cinturón de los reyes, ciñe con una cuerda sus lomos, para que, desatado el cíngulo de la castidad, a saber, el deleite del pecado domine sus miembros, de modo que muestre incluso en público cuán detestables son aquellos a quienes la soberbia mancha en lo oculto. Sigue:

Capítulo XIV

[Rec. IX].

VERS. 19.---Lleva a los sacerdotes sin gloria, y suplanta a los optimates.

22. Los que descuidan el cuidado de sus súbditos, o buscan otra cosa que los premios eternos, no tienen gloria.---La gran gloria del sacerdote es la rectitud de sus súbditos. De donde bien dice el egregio predicador a sus discípulos: ¿Pues cuál es nuestra esperanza, o gozo, o corona de gloria? ¿No lo sois vosotros ante el Señor? (1 Tes. 2, 19). Pero cuando los sacerdotes descuidan la vida de sus discípulos, y no dan ningún fruto ante el Señor por el progreso de ellos, ¿qué otra cosa se les llama sino sin gloria? Porque ante el juez severo ciertamente no encontrarán entonces la gloria, que ahora no buscan en las costumbres de sus súbditos por el estudio de la predicación. Pero bien se dice: Y suplanta a los optimates, porque cuando por justo juicio desampara la mente de los que gobiernan, esta no busca el premio interno de la retribución; y es suplantada en aquello por lo que se engaña, de modo que en vez de la gloria eterna se felicite por el principado temporal. Son suplantados, por tanto, los optimates, porque mientras descuidan los verdaderos premios de la patria celestial, caen aquí en sus propios placeres. Sigue:

CAPÍTULO XV.

VERS. 20.---Mudando el labio de los veraces, y quitando la doctrina de los ancianos.

23. Dios da la palabra de verdad a los que la cumplen, y la quita a los que no la cumplen.---Cuando el sacerdote no hace las cosas buenas que dice, también se le sustrae el habla, para que no se atreva a decir lo que no obra, como se dice por el Profeta: Pero al pecador dijo Dios: ¿Por qué tú cuentas mis justicias, y tomas mi testamento por tu boca (Sal. 49, 16)? De donde también suplica, diciendo: Y no quites de mi boca la palabra de verdad de ninguna manera (Sal. 118, 43). Pues consideró que Dios omnipotente da la palabra de verdad a los que la cumplen, y la quita a los que no la cumplen.

Qui ergo hoc de ore suo non auferri petiit, quid aliud quam gratiam bonae operationis quaesivit? Ac si aperte diceret: A bono opere errare me non sinas, ne dum amitto ordinem bene vivendi, rectitudinem perdam loquendi. [Vet. X.] Et plerumque doctor qui docere audet 375 quod negligit agere, cum desierit bona loqui quae operari contempsit, docere subjectos incipit prava quae agit, ut justo omnipotentis Dei judicio, in bono jam nec linguam habeat, qui habere bonam vitam recusat, quatenus cum mens ejus terrenarum rerum amore incenditur, de terrenis rebus semper loquatur. Unde in Evangelio Veritas dicit: Ex abundantia cordis os loquitur: Bonus homo de bono thesauro profert bona, et malus homo de malo thesauro profert mala (Matth. XII, 34; Luc. VI, 45). Hinc etiam Joannes ait: Ipsi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur. Bene ergo dicitur: Commutans labium veracium, et doctrinam senum auferens (I Joan. IV, 5), quia hi qui prius coelestia praedicando veraces erant, dum temporalia diligentes, ad terrena corruunt, labium veracium commutatur, et senum doctrina tollitur, quia diligentes temporalia priorum suorum praecepta minime sequuntur, ut locum regiminis quasi ad fructum voluptatis teneant, non ad usum laboris.

24. Judaei Christum quem venturum dixerant, negarunt praesentem.---Quod tamen apertius de Judaeis valet intelligi, qui ante incarnationem Domini veraces fuerunt, quia hunc venturum esse crediderunt, atque nuntiaverunt; sed postquam in carne apparuit, hunc esse negaverunt. Labium itaque veracium mutatum est, quia quem venturum dixerant negaverunt praesentem. Et doctrina senum ablata est, quia nequaquam ea credendo secuti sunt quae patres suos praedixisse meminerunt. Unde etiam Elia veniente promittitur quod reducat corda filiorum ad patres eorum (Malac. IV, 6), ut doctrina senum quae nunc a Judaeorum corde ablata est tunc miserante Domino redeat, quando hoc intelligere de Domino coeperint filii quod praedicaverunt patres. Sin vero senes eosdem quoque Judaeos accipimus, qui, suadente perfidia, Veritatis verbo contraire conati sunt, doctrina senum ablata est postquam hanc Ecclesia ex gentibus videlicet juvencula accepit, quae per Psalmistam dicit: Super seniores intellexi (Psal. CXVIII, 100). Quam quia operando tenuit, qualiter super seniores intellexerit ostendit, dum protinus subdit, dicens: Quia mandata tua exquisivi. Quia enim studuit operando implere quod didicit, accepit intelligere quod doceret. Unde adhuc apte subditur:

CAPUT XVI.

El que, por tanto, pidió que esto no fuera quitado de su boca, ¿qué otra cosa buscó sino la gracia de la buena operación? Como si abiertamente dijera: No me permitas errar de la buena obra, para que mientras pierdo el orden de vivir bien, no pierda la rectitud de hablar. [Vet. X.] Y a menudo el doctor que se atreve a enseñar lo que descuida hacer, cuando ha dejado de decir las cosas buenas que despreció obrar, empieza a enseñar a sus súbditos las cosas depravadas que hace, para que por el justo juicio de Dios omnipotente, ya no tenga lengua en el bien quien rehúsa tener una buena vida, de modo que cuando su mente se enciende con el amor de las cosas terrenas, hable siempre de las cosas terrenas. De donde en el Evangelio dice la Verdad: De la abundancia del corazón habla la boca: El hombre bueno del buen tesoro saca cosas buenas, y el hombre malo del mal tesoro saca cosas malas (Mt. 12, 34; Lc. 6, 45). De aquí también dice Juan: Ellos son del mundo, por eso del mundo hablan (1 Jn 4, 5). Bien pues se dice: Mudando el labio de los veraces, y quitando la doctrina de los ancianos, porque estos que antes eran veraces predicando las cosas celestiales, mientras amando lo temporal caen a lo terreno, el labio de los veraces se muda, y la doctrina de los ancianos se quita, porque amando lo temporal mínimamente siguen los preceptos de sus mayores, para que tengan el lugar del régimen como para el fruto de la voluptuosidad, no para el uso del trabajo.

24. Los judíos negaron presente a Cristo a quien habían dicho que vendría.---Lo cual, sin embargo, se entiende más claramente de los judíos, quienes antes de la encarnación del Señor fueron veraces, porque creyeron que él vendría y lo anunciaron; pero después de que apareció en la carne, negaron que fuera él. El labio de los veraces, por tanto, fue mudado, porque negaron presente a quien habían dicho que vendría. Y la doctrina de los ancianos fue quitada, porque de ninguna manera siguieron creyendo aquellas cosas que recordaron que sus padres habían predicho. De donde también se promete que, viniendo Elías, reducirá los corazones de los hijos a sus padres (Mal. 4, 6), para que la doctrina de los ancianos que ahora está quitada del corazón de los judíos, vuelva entonces por la misericordia del Señor, cuando los hijos empiecen a entender acerca del Señor esto mismo que predicaron los padres. Pero si por ancianos recibimos también a esos mismos judíos que, persuadiéndoles la perfidia, intentaron contradecir la palabra de la Verdad, la doctrina de los ancianos fue quitada después de que la Iglesia de las gentes, a saber la jovencilla, la recibió, la cual dice por el Salmista: Sobre los ancianos entendí (Sal. 118, 100). La cual, porque la mantuvo obrando, mostró cómo entendió sobre los ancianos, cuando inmediatamente añade diciendo: Porque busqué tus mandatos. Pues porque se esmeró en cumplir obrando lo que aprendió, recibió entender lo que enseñara. De donde todavía aptamente se añade:

CAPÍTULO XVI.

VERS. 21.---Effundit despectionem super principes, et eos qui oppressi fuerant relevans.

25. Judaei propter infidelitatem despecti. Gentiles ob fidem a casu erecti.---Cum enim Judaeorum populus in legis mandato permaneret, et cuncta gentilitas nulla Dei praecepta cognosceret, et illi per fidem principari videbantur, et isti in profundo pressi jacuerunt per infidelitatem. Sed cum incarnationis Dominicae mysterium Judaea negavit, gentilitas credidit, et principes in despectionem ceciderunt, et hi qui oppressi in culpa perfidiae fuerant in verae fidei libertatem levati sunt. Hunc vero Israelitarum casum longe ante Jeremias intuens ait: Factus est Dominus velut inimicus, praecipitavit Israel, praecipitavit omnia moenia ejus, dissipavit munitiones ejus (Thren. II, 5). Moenia autem in urbibus pro ornamento sunt, munitiones vero in defensionem. [Vet. XI.] Et alia sunt dona quae nos muniunt, alia quae ornant. Prophetica quippe doctrina, genera linguarum, curationum virtus, quasi quaedam moenia mentis sunt. Quae etsi quisque non habeat, stare munitus per fidem et justitiam 376 potest, quamvis ornatus virtutum altitudine minime esse videatur. Spes vero, fides, et charitas, non nostra moenia, sed munitiones sunt; quae si habere negligimus, hostilibus insidiis patemus. De Judaea ergo, quia prophetiam atque doctrinam, vel miraculorum signa abstulit, moenia praecipitavit. Quia vero spem, fidem atque charitatem propter ejus duritiam auferri permisit, munitiones ejus dissipare studuit. Rectus vero ordo servatus est, ut prius moenia, et post munitiones dissipatae dicerentur, quia cum peccatrix anima relinquitur, prius ab ea virtutum dona, quae ad manifestationem spiritus data sunt, et postmodum spei, fidei atque charitatis fundamenta destruuntur. Quae cuncta Dominus a perfidis ablata, gentilitati tribuit, atque ex his quae infidelibus abstulit mentes fidelium ornavit. Unde scriptum est: Et speciei domus dividere spolia (Psal. LXVII, 13). Cum enim virtutum spolia a Judaeis abstulit, domui cordis gentilium, quam per fidem inhabitare dignatus est, speciem donorum dedit. Quod videlicet gestum est, cum verba Dei, et Judaeorum populus ad solam litteram quae occidit acciperet, et conversa gentilitas per spiritum qui vivificat penetraret. Unde mox subditur:

Caput XVII

[Rec. X].

VERS. 22.---Qui revelat profunda de tenebris, et producit in lucem umbram mortis.

VERS. 21.---Derrama el desprecio sobre los príncipes, y aliviando a los que habían sido oprimidos.

25. Los judíos despreciados por su infidelidad. Los gentiles erguidos de su caída por la fe.---Pues cuando el pueblo de los judíos permanecía en el mandato de la ley, y toda la gentilidad no conocía ningún precepto de Dios, tanto aquellos parecían tener el principado por la fe, como estos yacían oprimidos en lo profundo por la infidelidad. Pero cuando Judea negó el misterio de la encarnación del Señor, y la gentilidad creyó, tanto los príncipes cayeron en el desprecio, como aquellos que habían estado oprimidos en la culpa de la perfidia fueron elevados a la libertad de la verdadera fe. Jeremías, viendo mucho antes esta caída de los israelitas, dijo: Se ha vuelto el Señor como un enemigo, ha precipitado a Israel, ha precipitado todos sus muros, ha disipado sus fortificaciones (Lam. 2, 5). Pues los muros en las ciudades son para ornamento, pero las fortificaciones son para la defensa. [Vet. XI.] Y unos son los dones que nos defienden, otros los que nos adornan. Pues la doctrina profética, los géneros de lenguas, la virtud de las curaciones, son como ciertos muros de la mente. Los cuales, aunque alguien no los tenga, puede estar defendido por la fe y la justicia 376, aunque mínimamente parezca estar adornado por la altura de las virtudes. Pero la esperanza, la fe y la caridad no son nuestros muros, sino nuestras fortificaciones; las cuales, si descuidamos tener, estamos expuestos a las asechanzas hostiles. De Judea, por tanto, porque quitó la profecía y la doctrina, o los signos de los milagros, precipitó los muros. Pero porque permitió que se quitaran la esperanza, la fe y la caridad a causa de su dureza, se esmeró en disipar sus fortificaciones. Pero se guardó el orden recto, de modo que primero se dijeran disipados los muros, y después las fortificaciones, porque cuando el alma pecadora es abandonada, primero se destruyen en ella los dones de las virtudes, que son dados para la manifestación del espíritu, y después los fundamentos de la esperanza, la fe y la caridad. Todas las cuales cosas el Señor, quitadas a los pérfidos, las concedió a la gentilidad, y con aquello que quitó a los infieles adornó las mentes de los fieles. De donde está escrito: Y de la belleza de la casa repartir los despojos (Sal. 67, 13). Pues cuando quitó los despojos de las virtudes a los judíos, dio la belleza de los dones a la casa del corazón de los gentiles, la cual se dignó habitar por la fe. Lo cual ciertamente se realizó cuando, tanto el pueblo de los judíos recibió las palabras de Dios según la sola letra que mata, como la gentilidad conversa las penetró por el espíritu que vivifica. De donde pronto se añade:

Capítulo XVII

[Rec. X].

VERS. 22.---El cual revela las cosas profundas de las tinieblas, y saca a la luz la sombra de la muerte.

26. Christus occulta revelavit, et in lucem umbram mortis mutavit.---Cum enim quaeque mystica de occultis prophetarum verbis a credentibus agnoscuntur, quid aliud quam profunda de tenebris revelantur? Unde ipsa quoque Veritas discipulis in parabolis loquens, ait: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine (Matth. X, 27). Cum enim mysticos allegoriarum nodos per explanationem solvimus, in lumine dicimus quod in tenebris audivimus. Umbra autem mortis erat legis duritia, quae unumquemque peccantem morte corporis puniri sanciebat. Sed postquam Redemptor noster asperitatem legalis sanctionis per mansuetudinem temperavit, nec jam pro culpa mortem carnis inferri constituit, sed mors spiritus quantum timenda esset indicavit, in lucem procul dubio umbram mortis produxit. [Vet. XXII.] Ista enim mors in qua caro separatur ab anima umbra illius mortis est in qua anima separatur a Deo. In lucem ergo umbra mortis producitur, cum, intellecta morte spiritus, mors carnis minime timetur. Quod tamen et aliter intelligi potest. Principes etenim non immerito vocantur qui magno consilii judicio suis cogitationibus semper principantur, omnesque stultos motus potestate sapientiae comprimunt. Sed saepe contingit ut in occulto animus de ipsa sua sapientia in elationis fastum sublevetur, et sub eis vitiis corruat, de quibus se victorem fuisse gaudebat. Recte ergo dicitur: Effundit despectionem super principes. Sed quia nonnunquam hi qui in vitiis jacere videntur ad poenitentiae lamenta currunt, seque contra culpas quibus subjacebant erigunt, apte subjungitur: Et eos qui oppressi fuerant, relevans. Nonnulli enim superno illustrati munere, aspiciunt in quanta peccatorum suorum turpitudine jacent, factorum maculas lacrymis lavant, et sub se postmodum carnis suae motus deprimunt, a quibus ante premebantur.

377 27. Magna Dei dispensatione omnia hic habentur incerta.---Quod nimirum magna omnipotentis Dei dispensatione agitur, ut videlicet in hac vita omnia habeantur incerta, et nullus ex habita castitate superbiat, quia effundit despectionem super principes. Nullus ex vitiorum suorum depressione desperet, quia eos qui oppressi fuerant relevat. Et quoniam cum haec aguntur ex occultis Dei consiliis super unumquemque sententia aperta producitur, recte subjungitur: Et revelat profunda de tenebris.

28. Deus in occultis suis judiciis omnia videt nec videtur.---Profunda enim de tenebris Dominus revelat quando apertam sententiam ex occultis suis consiliis indicat, ut de unoquoque quae sentiat ostendat. Quia enim videt nunc Creator omnia, et ipse in consiliis non videtur, recte de illo per Psalmistam dicitur: Posuit tenebras latibulum suum (Psal. XVII, 12). Sed quasi de istis tenebris ad lumen exit, quando quid de uniuscujusque actibus sentiat ostendit.

26. Cristo reveló las cosas ocultas, y cambió la sombra de la muerte en luz.---Pues cuando cualesquiera cosas místicas de las palabras ocultas de los profetas son reconocidas por los creyentes, ¿qué otra cosa sino las profundidades son reveladas de las tinieblas? De donde también la Verdad misma, hablando a los discípulos en parábolas, dice: Lo que os digo en tinieblas, decidlo en la luz (Mt 10, 27). Pues cuando soltamos los nudos místicos de las alegorías mediante la explicación, decimos en la luz lo que oímos en tinieblas. Mas la sombra de la muerte era la dureza de la ley, que sancionaba que cada uno que pecara fuera castigado con la muerte del cuerpo. Pero después que nuestro Redentor templó la aspereza de la sanción legal por la mansedumbre, y ya no constituyó que se infiriera la muerte de la carne por la culpa, sino que indicó cuánto debía temerse la muerte del espíritu, sin duda alguna sacó a la luz la sombra de la muerte. [Vet. XXII.] Pues esta muerte en la que la carne se separa del alma es sombra de aquella muerte en la que el alma se separa de Dios. Por tanto, la sombra de la muerte es sacada a la luz cuando, entendida la muerte del espíritu, la muerte de la carne mínimamente se teme. Lo cual, sin embargo, también puede entenderse de otro modo. Pues no sin merecimiento son llamados príncipes los que siempre presiden sus propios pensamientos con gran juicio de consejo, y reprimen todos los movimientos necios con la potestad de la sabiduría. Pero a menudo sucede que en lo oculto el ánimo se eleva en el orgullo de la elación por su misma sabiduría, y cae bajo aquellos vicios de los cuales se alegraba de haber sido vencedor. Rectamente, pues, se dice: Derrama el desprecio sobre los príncipes. Pero porque a veces estos que parecen yacer en los vicios corren a los lamentos de la penitencia, y se erigen contra las culpas a las que estaban sujetos, aptamente se añade: Y aliviando a los que habían sido oprimidos. Pues algunos, ilustrados por el don supremo, ven en cuánta torpeza de sus pecados yacen, lavan las manchas de sus hechos con lágrimas, y reprimen después bajo sí los movimientos de su carne, por los cuales antes eran oprimidos.

377 27. Por una gran dispensación de Dios todo se tiene aquí por incierto.---Lo cual ciertamente se hace por una gran dispensación de Dios omnipotente, a saber, para que en esta vida todo se tenga por incierto, y ninguno se enorgullezca de la castidad poseída, porque derrama el desprecio sobre los príncipes. Ninguno desespere por la depresión de sus vicios, porque alivia a los que habían sido oprimidos. Y puesto que cuando estas cosas se hacen, se produce una sentencia abierta de los consejos ocultos de Dios sobre cada uno, rectamente se añade: Y revela las profundidades de las tinieblas.

28. Dios en sus juicios ocultos todo lo ve y no es visto.---Pues el Señor revela las profundidades de las tinieblas cuando indica una sentencia abierta de sus consejos ocultos, para mostrar lo que siente de cada uno. Porque, pues, el Creador ve ahora todas las cosas, y Él mismo no es visto en sus consejos, rectamente se dice de Él por el Salmista: Puso las tinieblas por su escondite (Sal 17, 12). Pero como que sale de estas tinieblas a la luz cuando muestra lo que siente de los actos de cada uno.

Et quia cum is qui peccatorum suorum pondere premebatur ad rectitudinis statum ducitur, prius ipsam mortem conspicit, in qua et deficere consueverat, et hanc considerare nesciebat, recte additur: Et producit in lucem umbram mortis. Umbra enim mortis est prava operatio, quae de imitatione antiqui hostis, quasi de corporis lineamentis exprimitur. De quo etiam sub cujusdam significatione dicitur: Et nomen illi mors (Apoc. VI, 8). Et plerumque ejus maligna cogitatio mentes hominum latet, atque per hoc quod nescitur amplius praevalet. Umbra ergo mortis in lucem producitur dum sanctorum mentibus maligna operatio antiqui hostis, ut destrui possit, aperitur. Sequitur:

VERS. 23.---Qui multiplicat gentes, et perdit eas, et subversas in integrum restituit.

29. Occultis Dei judiciis alii cadunt, alii resurgunt.---Intelligi fortasse valet quoniam gentes Dominus multiplicat et perdit, quia nascuntur quotidie morituri; et subversas in integrum restituit, quia resurgent qui fuerint mortui. Quod tamen melius accipimus si hoc qualiter in earum mente agitur sentiamus. Multiplicat enim gentes et perdit, quia eas et per fecunditatem sobolis extendit, et tamen in propria infidelitate derelinquit. Sed subversas in integrum restituit, quia quas in infidelitatis casu reliquerat quandoque ad fidei statum reducit. Quibus videlicet in mentis integritate restitutis, antiquus ille populus, qui fidelis Deo esse videbatur, reprobatus, corde repulsus est, ut sua perfidia deceptus contra ipsum post insurgeret quem ante praedicavit. Sequitur:

CAPUT XIX.

VERS. 24, 25.---Qui immutat cor principum populi terrae, et decipit eos, ut frustra incedant per invium. Palpabunt quasi in tenebris, et non in luce, et errare eos faciet quasi ebrios.

30. Judaeorum obcaecatio erga Christum humana quidem patientem, sed divina ostendentem.---Cor enim principum terrae immutatum est cum in Judaea summi sacerdotes et seniores populi illi conabantur suo consilio obsistere quem prius venturum esse praedicabant.

Y porque cuando aquel que estaba oprimido por el peso de sus pecados es conducido al estado de rectitud, primero contempla esa misma muerte en la que también solía desfallecer, y no sabía considerar esto, rectamente se añade: Y saca a la luz la sombra de la muerte. Pues la sombra de la muerte es la obra depravada que, por la imitación del antiguo enemigo, se expresa como por los lineamientos del cuerpo. Del cual también se dice bajo una cierta significación: Y su nombre era Muerte (Ap 6, 8). Y la mayor parte de las veces su pensamiento maligno se oculta a las mentes de los hombres, y por esto mismo que no se conoce prevalece más. Por tanto, la sombra de la muerte es sacada a la luz mientras se abre a las mentes de los santos la obra maligna del antiguo enemigo, para que pueda ser destruida. Sigue:

VERS. 23.---El cual multiplica las gentes, y las pierde, y a las subvertidas las restituye íntegramente.

29. Por los juicios ocultos de Dios unos caen, otros resurgen.---Tal vez puede entenderse que el Señor multiplica las gentes y las pierde, porque nacen diariamente los que han de morir; y a las subvertidas las restituye íntegramente, porque resurgirán los que hubieren muerto. Lo cual, sin embargo, lo aceptamos mejor si percibimos cómo se hace esto en la mente de ellas. Pues multiplica las gentes y las pierde, porque tanto las extiende por la fecundidad de la prole, como las deja en su propia infidelidad. Pero a las subvertidas las restituye íntegramente, porque a las que había dejado en la caída de la infidelidad, en algún momento las vuelve al estado de la fe. Restituidas las cuales ciertamente en la integridad de la mente, aquel antiguo pueblo, que parecía ser fiel a Dios, reprobado, fue rechazado en su corazón, de modo que engañado por su propia perfidia, después se insurgió contra aquel mismo que antes predicó. Sigue:

CAPÍTULO XIX.

VERS. 24, 25.---El cual muda el corazón de los príncipes del pueblo de la tierra, y los engaña para que caminen en vano por lo invío. Palparán como en tinieblas, y no en la luz, y los hará errar como ebrios.

30. La ceguera de los judíos hacia Cristo que padece cosas humanas, pero muestra cosas divinas.---Pues el corazón de los príncipes de la tierra fue mudado cuando en Judea los sumos sacerdotes y los ancianos del pueblo intentaban oponerse con su consejo a aquel que antes predicaban que habría de venir.

Cumque ejus nomen persequendo molirentur exstinguere, decepti sua malitia, incedere per invium frustra conabantur, quia crudelitati eorum patere via non poterat contra auctorem omnium, miracula cernebant, virtute terrebantur; sed, credere renuentes, adhuc signa quaerebant, cum dicerent: Quod ergo 378 tu facis signum, ut videamus et credamus tibi? quid operaris (Joan. VI, 30)? Bene itaque dicitur: Palpabunt quasi in tenebris, et non in luce. Qui enim inter tot aperta miracula trepidat, quasi in tenebris palpat, quia quod tangit non videt. Omnis vero qui errat, nunc huc, nunc illuc ducitur. Et quia aliquando ostendebantur credere, cum dicerent: Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quidquam (Joan. IX, 33); aliquando vero hunc a Deo esse negabant, cum despicientes dicerent: Nonne hic est fabri filius? nonne mater ejus dicitur Maria, et fratres ejus Jacobus, et Joseph, et Simon, et Judas, et sorores ejus nonne omnes apud nos sunt (Matth. XIII, 55)? recte subjungitur: Et errare eos faciet quasi ebrios. [Vet. XIV.] Videbant quippe eum et suscitare mortuos, et tamen esse mortalem. Quis non crederet Deum, quem conspiciebant suscitare mortuum? Sed rursum cum hunc mortalem conspicerent, despiciebant credere hunc esse immortalem Deum. Per hoc ergo quod omnipotens Deus talem se eorum oculis exhibuit, qui posset et divina ostendere, et humana pati, errare eos quasi ebrios fecit, ut eorum superbia, quae incarnationis ejus mysterium despicere maluit quam sequi, et contra humanitatem ejus se extolleret, et intus lucentem Deitatis ejus potentiam miraretur. Quae cuncta quia beati Job oculis praesentia per prophetiae spiritum facta sunt, recte subjungitur:

Caput XX

[Rec. XII].

CAP. XIII. VERS. 1.---Ecce omnia.

31. Job prophetiae spiritu pollebat.---In illo enim quae secutura erant videbat assistentia, cui nec futura veniunt, nec praeterita discedunt, sed cuncta simul ante ejus oculos assistunt. Et quia ea ipsa quae ventura erant, alia esse vidit in operibus, alia in dictis, recte subjungitur,---IBID.:---Et vidit oculus meus, et audivit auris mea. Sed utilitatem dicta non habent, si intellectu carent. Unde apte subditur,---IBID.:---Et intellexi singula. Cum enim aliquid ostenditur, vel auditur, si intellectus non tribuitur, prophetia minime est.

Y cuando se esforzaban por extinguir su nombre persiguiéndolo, engañados por su propia malicia, intentaban en vano caminar por lo invío, porque el camino no podía estar abierto a su crueldad contra el Autor de todo; veían milagros, se aterraban por su virtud; pero, rehusando creer, todavía buscaban señales, diciendo: ¿Qué 378 señal, pues, haces tú, para que veamos y te creamos? ¿qué obras? (Jn 6, 30). Bien, pues, se dice: Palparán como en tinieblas, y no en la luz. Pues el que entre tantos milagros manifiestos trepida, palpa como en tinieblas, porque lo que toca no lo ve. Mas todo el que yerra, ahora es llevado acá, ahora allá. Y porque a veces se mostraba que creían, diciendo: Si este no fuera de Dios, no podría hacer nada (Jn 9, 33); pero otras veces negaban que este fuera de Dios, diciendo con desprecio: ¿No es este el hijo del carpintero? ¿no se llama su madre María, y sus hermanos Santiago, y José, y Simón, y Judas, y sus hermanas no están todas entre nosotros? (Mt 13, 55); rectamente se añade: Y los hará errar como ebrios. [Vet. XIV.] Pues lo veían tanto resucitar a los muertos como, sin embargo, ser mortal. ¿Quién no creería que es Dios aquel a quien veían resucitar a un muerto? Pero de nuevo, al verlo mortal, despreciaban creer que este fuera el Dios inmortal. Por esto, pues, que Dios omnipotente se exhibió tal ante sus ojos, que podía tanto mostrar cosas divinas como padecer cosas humanas, los hizo errar como ebrios, para que la soberbia de ellos, que prefirió despreciar el misterio de su encarnación antes que seguirlo, tanto se ensalzara contra su humanidad como se admirara de la potencia de su Divinidad que lucía en su interior. Todas las cuales cosas, porque se hicieron presentes a los ojos del bienaventurado Job por el espíritu de profecía, rectamente se añade:

Capítulo XX

[Rec. XII].

JOB CAP. XIII. VERS. 1.---He aquí todas las cosas.

31. Job era fuerte en el espíritu de profecía.---Pues veía en Aquel como presentes las cosas que habrían de seguir, para quien ni las cosas futuras vienen, ni las pasadas se van, sino que todas a la vez asisten ante sus ojos. Y porque vio que esas mismas cosas que habrían de venir, unas consistían en obras, otras en dichos, rectamente se añade,---IBID.:---Y lo vio mi ojo, y lo oyó mi oído. Pero los dichos no tienen utilidad si carecen de entendimiento. De donde aptamente se añade,---IBID.:---Y entendí cada una de ellas. Pues cuando algo se muestra o se oye, si no se concede el entendimiento, de ningún modo es profecía.

Vidit namque Pharao per somnium quae erant Aegypto ventura (Genes. XLI, 2, seq.); sed quia nequivit intelligere quod vidit, propheta non fuit. Aspexit Balthasar rex articulos manus scribentis in pariete (Dan. V, 5); sed propheta non fuit, quia intellectum rei quam viderat non accepit. Ut igitur beatus Job prophetiae spiritum se habere testetur, non solum vidisse se et audisse sed etiam intellexisse omnia asserit. De quo intellectu quia non extollitur, subjuncta ejus verba testantur cum ait:

CAPUT XXI.

VERS. 2.---Secundum scientiam vestram et ego novi, nec inferior vestri sum.

32. Hoc accepto dono non intumuit.---Quibus videlicet dictis innotuit quantae humilitatis fuit qui se eis inferiorem negat, quorum longe vitam sancte vivendo transcenderat. Nam et secundum eorum scientiam se nosse confirmat, qui, sciendo coelestia, eorum terrenas cogitationes per prophetiae quoque spiritum transibat. Sequitur:

CAPUT XXII

[Rec. XIII].

VERS. 3.---Sed tamen ad Omnipotentem loquar, et disputare cum Deo cupio.

33. Qui Deo in prece nunc familiaris est, cum ipso postmodum judicabit.---Cum Omnipotente loquimur dum ejus misericordiam deprecamur; cum eo vero disputamus dum, nos illius justitiae conjungentes, facta nostra subtili indagatione discutimus. Vel certe 379 cum Deo disputare est eum qui hic ejus praeceptis paruit cum illo postmodum ad judicandos populos judicem venire, sicut cuncta relinquentibus praedicatoribus dicitur: Vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede majestatis suae, sedebitis et vos super duodecim thronos, judicantes duodecim tribus Israel (Matth. XIX, 28). Unde et per Isaiam Dominus dicit: Eripite injuriam accipientem, judicate pupillo, et justificate viduam, et venite, disputemus (Isai. I, 17). Rectum quippe est ut cum Deo de pupillis in judicio disputent qui ad verba Dei praesens saeculum perfecte derelinquunt. Loqui ergo ad orationem, disputare ad judicium pertinet. Vir igitur sanctus, modo ad Omnipotentem loquur, ut cum Omnipotente postmodum disputet, quia ille cum Deo postmodum judex venit, qui hic ei modo in prece familiaris exstiterit. Sed sancta Ecclesia, cujus saepe jam beatum Job speciem tenere praediximus (Maxime in praefat., c. 6 et seq.), non solum tunc de iniquis judicat, cum ultimi judicii dies advenerit, sed nunc etiam de cunctis prave agentibus, vel stulte sentientibus judicare non cessat. Unde et subditur:

Pues Faraón vio por un sueño las cosas que habrían de venir a Egipto (Gén 41, 2, ss.); pero porque no pudo entender lo que vio, no fue profeta. El rey Baltasar miró los dedos de la mano que escribía en la pared (Dan 5, 5); pero no fue profeta, porque no recibió el entendimiento de la cosa que había visto. Para que, pues, el bienaventurado Job testifique que tiene el espíritu de profecía, asevera no solo que vio y oyó, sino también que entendió todas las cosas. De cuyo entendimiento, puesto que no se enorgullece, sus palabras añadidas lo testifican cuando dice:

CAPÍTULO XXI.

VERS. 2.---Según vuestra ciencia yo también sé, ni soy inferior a vosotros.

32. No se hinchó por este don recibido.---Por cuyas palabras ciertamente se dio a conocer de cuánta humildad fue, el cual niega ser inferior a aquellos cuya vida había trascendido de lejos viviendo santamente. Pues también confirma que sabe según la ciencia de ellos, quien, sabiendo las cosas celestiales, traspasaba los pensamientos terrenales de ellos también por el espíritu de profecía. Sigue:

Capítulo XXII

[Rec. XIII].

VERS. 3.---Mas sin embargo hablaré al Omnipotente, y deseo disputar con Dios.

33. El que ahora es familiar a Dios en la oración, después juzgará con Él mismo.---Hablamos con el Omnipotente mientras suplicamos su misericordia; mas disputamos con Él cuando, uniéndonos a su justicia, discutimos nuestros hechos con sutil indagación. O ciertamente 379 disputar con Dios es que aquel que aquí obedeció sus preceptos venga después con Él como juez para juzgar a los pueblos, como se dice a los predicadores que lo dejan todo: Vosotros que me habéis seguido, en la regeneración, cuando el Hijo del hombre se siente en la sede de su majestad, os sentaréis también vosotros sobre doce tronos, juzgando a las doce tribus de Israel (Mt 19, 28). De donde también el Señor dice por Isaías: Socorred al que padece injuria, juzgad al pupilo, y justificad a la viuda, y venid, disputemos (Is 1, 17-18). Pues es recto que disputen con Dios sobre los pupilos en el juicio quienes por las palabras de Dios abandonan perfectamente el presente siglo. Hablar, pues, pertenece a la oración, disputar al juicio. El varón santo, por tanto, habla ahora al Omnipotente para disputar después con el Omnipotente, porque aquel viene después con Dios como juez, que aquí le ha sido familiar en la oración. Pero la santa Iglesia, de la cual ya a menudo hemos dicho que el bienaventurado Job representa la figura (especialmente en el Prefacio, c. 6 y ss.), no solo juzga entonces sobre los inicuos, cuando llegare el día del último juicio, sino que también ahora no cesa de juzgar sobre todos los que obran mal, o sienten neciamente. De donde también se añade:

Caput XXIII

[Vet. XV].

VERS. 4.---Prius vos ostendens fabricatores mendacii, et cultores perversorum dogmatum.

34. Haeretici fabricatores mendacii.---Quibus videlicet verbis aperte ostenditur quod amici ejus quasi ex haereticorum specie sancti viri judiciis adversantur. Liquet enim quia catholicorum figuram non teneant qui cultores perversorum dogmatum vocantur. Qua in re hoc quoque oportet intendi quod mendacii fabricatores dicuntur. Sicut enim aedificium lapidibus, ita mendacium sermonibus fabricatur. Ubi enim non dolosa locutio, sed sensus veritatis est, quasi munita moles non ex fabrica, sed ex natura consurgit. Sequitur:

CAPUT XXIV.

VERS. 5.---Atque utinam taceretis, ut putaremini esse sapientes.

35. Occultandae stultitiae utile silentium.---Sicut clausa janua in domo quae intus membra lateant ignoratur, sic plerumque stultus, si tacuerit, utrum sapiens sit, an stultus, absconditur, si tamen nulla alia opera prodeant quae sensum etiam tacentis loquantur. Sanctus igitur vir amicos suos aspiciens velle apparere quod non erant, eos ad tacendum admonuit, ne possent apparere quod erant. Unde et per Salomonem dicitur: Stultus, si tacuerit, sapiens putabitur (Prov. XVII, 28). Sed quia stultus, cum loquitur, per hoc quod sua infert sapientium verba pensare non sufficit, recte adhuc, postquam silentium indixit, adjungit:

CAPUT XXV.

VERS. 6.---Audite ergo correptiones meas, et judicium labiorum meorum attendite.

36. Stultis correptio necessaria.---Bene autem prius correptionem, et postmodum judicium intulit, quia nisi per correptionem prius tumor stulti deprimatur, nequaquam per intelligentiam judicium justi cognoscitur. Sequitur:

CAPUT XXVI.

VERS. 7.---Nunquid Deus indiget vestro mendacio, ut pro illo loquamini dolos?

Capítulo XXIII

[Vet. XV].

VERS. 4.---Mostrándoos primero como fabricadores de mentiras, y cultivadores de dogmas perversos.

34. Los herejes son fabricadores de mentiras.---Por cuyas palabras ciertamente se muestra abiertamente que sus amigos, como por una especie de herejes, se oponen a los juicios del varón santo. Pues consta que no representan la figura de los católicos quienes son llamados cultivadores de dogmas perversos. En lo cual también conviene que se atienda que son llamados fabricadores de mentiras. Pues así como un edificio se fabrica con piedras, así la mentira se fabrica con palabras. Pues donde no hay una locución engañosa, sino el sentido de la verdad, surge como una mole fortificada, no por la fábrica, sino por la naturaleza. Sigue:

CAPÍTULO XXIV.

VERS. 5.---¡Y ojalá callarais, para que fuerais tenidos por sabios!

35. El silencio es útil para ocultar la estulticia.---Así como cuando la puerta está cerrada en una casa se ignora qué miembros se ocultan dentro, así la mayor parte de las veces el necio, si callare, se esconde si es sabio o necio, si sin embargo no brotan otras obras que hablen el sentido incluso del que calla. El varón santo, por tanto, mirando que sus amigos querían parecer lo que no eran, los amonestó a callar, para que no pudieran parecer lo que eran. De donde también se dice por Salomón: El necio, si callare, será tenido por sabio (Prov 17, 28). Pero porque el necio, cuando habla, por esto que introduce lo suyo no es suficiente para sopesar las palabras de los sabios, rectamente todavía, después que indicó el silencio, añade:

CAPÍTULO XXV.

VERS. 6.---Oíd, pues, mis correcciones, y atended al juicio de mis labios.

36. La corrección es necesaria para los necios.---Bien introdujo primero la corrección, y después el juicio, porque si no se deprime primero el tumor del necio por la corrección, de ningún modo se conoce el juicio del justo por el entendimiento. Sigue:

CAPÍTULO XXVI.

VERS. 7.---¿Acaso Dios necesita vuestra mentira, para que habléis engaños por Él?

37. Veritas fulciri non quaerit auxilio falsitatis.---Deus mendacio non eget, quia veritas fulciri non quaerit auxilio falsitatis. Haeretici autem, quia ea quae prave de Deo intelligunt ex veritate tueri non possunt, quasi ad probandum radium luminis umbram falsitatis requirunt. Et pro eo 380 dolos loquuntur, dum infirmas mentes in intellectu illius stulta seductione decipiunt. Sequitur:

CAPUT XXVII.

VERS. 8.---Nunquid faciem ejus accipitis, et pro Deo judicare nitimini?

38. Stulti tanto severius de alienis judicant, quanto sua profundius ignorant.---Stulti cum prudentium facta conspiciunt, haec eis omnia reprehensibilia esse videntur; qui, suae imperitiae atque infirmitatis obliti, tanto intentius de alienis judicant, quanto sua profundius ignorant. At contra justi cum pravorum facta redarguunt, semper suae infirmitatis conscii, eos etsi exterius saeviendo, tamen interius compatiendo reprehendunt, quia illius solius est peccata hominum sine compassione discutere, qui ex naturae suae omnipotentia ignorat peccare. Quia igitur amici beati Job ita ejus facta reprehenderant ac si in se ipsi reprehensibile nihil haberent, recte nunc dicitur: Nunquid faciem ejus accipitis, et pro Deo judicare nitimini? Faciem quippe ejus accipere est auctoritatem illius in judicio sumere; et quasi pro Deo judicare nititur, qui, cum infirma quaeque in altero reprehendit, apud se introrsus per compassionem non infirmatur. Sequitur:

CAPUT XXVIII.

VERS. 9.---Aut placebit ei quem celare nihil potest; aut decipietur, ut homo, vestris fraudulentiis?

39. Haeretici Deum, dum defendere fingunt, offendunt.---Fraudem Deo haeretici exhibent, quia ea astruunt quae nequaquam ipsi pro quo loquuntur placent; eumque dum quasi defendere nituntur offendunt, dum in adversitate ejus corruunt cui videntur ex praedicatione famulari. Unde et per Psalmistam dicitur: Ut destruas inimicum et defensorem (Psal. VIII, 3). Omnis quippe haereticus omnipotenti Deo inimicus et defensor est, quia unde hunc quasi defendere nititur, inde veritati illius adversatur. Quia autem latere Deum nihil potest, hoc in eis judicat quod intus sentiunt, non quod famulari foris videntur. Quia igitur eorum fraudulentiis Deus ut homo non fallitur, recte subjungitur:

37. La Verdad no busca ser apoyada por el auxilio de la falsedad.---Dios no necesita de la mentira, porque la verdad no busca ser apoyada por el auxilio de la falsedad. Pero los herejes, porque no pueden defender por la verdad aquellas cosas que entienden depravadamente sobre Dios, como para probar un rayo de luz, requieren la sombra de la falsedad. Y hablan engaños por Él 380, mientras engañan a las mentes débiles en el entendimiento de Él con una necia seducción. Sigue:

CAPÍTULO XXVII.

VERS. 8.---¿Acaso aceptáis su persona, y os esforzáis por juzgar en lugar de Dios?

38. Los necios juzgan a los demás tanto más severamente cuanto más profundamente ignoran lo propio.---Cuando los necios contemplan los hechos de los prudentes, todas estas cosas les parecen reprensibles; ellos, olvidados de su propia impericia e infirmidad, juzgan a los demás tanto más intensamente cuanto más profundamente ignoran lo propio. Por el contrario, los justos, cuando rebaten los hechos de los malvados, siempre conscientes de su propia infirmidad, los reprenden, aunque por fuera mostrándose severos, sin embargo por dentro compadeciéndose; porque solo a Aquel pertenece discutir los pecados de los hombres sin compasión, quien por la omnipotencia de su naturaleza ignora el pecar. Puesto que, por tanto, los amigos del bienaventurado Job habían reprendido sus hechos de tal modo como si ellos mismos no tuvieran nada reprensible, rectamente se dice ahora: ¿Acaso aceptáis su persona, y os esforzáis por juzgar en lugar de Dios? Pues aceptar su persona es tomar su autoridad en el juicio; y se esfuerza por juzgar como en lugar de Dios quien, cuando reprende cualquier cosa débil en otro, no se debilita en su interior por la compasión. Sigue:

CAPÍTULO XXVIII.

VERS. 9.---¿O le agradará a Aquel a quien nada puede ocultársele; o será engañado, como un hombre, por vuestros engaños?

39. Los herejes, mientras fingen defender a Dios, le ofenden.---Los herejes muestran fraude a Dios, porque aseguran aquellas cosas que de ningún modo agradan a Aquel por quien hablan; y mientras se esfuerzan por defenderle, por así decirlo, le ofenden, mientras caen en la adversidad de Aquel a quien parecen servir con su predicación. De donde también se dice por el Salmista: Para que destruyas al enemigo y al defensor (Sal. VIII, 3). Pues todo hereje es enemigo y defensor del Dios omnipotente, porque desde donde se esfuerza por defenderle, por así decirlo, desde allí se opone a su verdad. Pero porque nada puede estar oculto para Dios, Él juzga en ellos lo que sienten por dentro, no lo que parecen servir por fuera. Puesto que, por tanto, Dios no se engaña con sus fraudes como un hombre, rectamente se añade:

CAPUT XXIX.

VERS. 10, 11.---Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem ejus accipitis. Statim ut se commoverit, turbabit vos, et terror ejus irruet super vos.

40. Qua poena digni qui veritatem agnitam impugnant.---Hoc, quod in abscondito accipi asserit faciem Dei, duobus modis valet intelligi. Sunt namque nonnulli qui et veritatem in corde sentiunt, et tamen quae falsa sunt de Deo foris loquuntur. Ne enim vinci videantur, et cognoscunt veritatem interius, et tamen hanc exterius impugnant. Unde et nunc bene dicitur: Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem ejus accipitis. Ac si aperte diceretur: Tanto magis de falsitate apud eum estis reprehensibiles, quanto et apud vosmetipsos quod verum est videtis. Et sunt nonnulli qui quando ad mentem redeunt, Dei justitiam et rectitudinem contemplantur, et orando ac flendo contremiscunt; sed postquam contemplationis hora transierit, sic audaces ad iniquitates redeunt ac si, post dorsum ejus positi, a justitiae ejus lumine minime videantur. Hi itaque apud se in abscondito quasi corporaliter videntem accipiunt faciem Dei, quia ei et cum praesentes fiunt blandiuntur fletibus, et cum quasi a conspectu illius recedunt moribus detrahunt. Qui tanto amplius de malis suis 381 feriendi sunt, quanto et in occulto cogitationis recta Dei judicia cognoscunt. Unde et subditur: Statim ut se commoverit, turbabit vos; et terror ejus irruet super vos.

41. Justi Deum metuunt antequam iratum experiantur.---Cum sit naturae incommutabilis omnipotens Deus, in ira judicii perturbabilis non est. Sed humano verbo motus Dei dicitur ipsa rectitudinis ejus districtio, qua humana pravitas feritur. Justi autem viri ante Deum metuunt quam ejus contra eos ira moveatur; et ne commotum sentiant, tranquillum timent. At contra perversi, tunc jam feriri pertimescunt, cum feriuntur; eosque tunc terror ejus a somno sui torporis exsuscitat, cum vindicta perturbat. Unde et per prophetam dicitur: Et tantum sola vexatio intellectum dabit auditui (Isai. XXVIII, 19). Cum enim de praeceptis Dei contemptis atque despectis verberari per vindictam coeperint, tunc intelligunt quod audierunt. Et Psalmista ait: Cum occideret eos, tunc inquirebant eum (Psal. LXXVII, 34). Bene itaque dicitur: Statim ut se commoverit, turbabit vos; et terror ejus irruet super vos, quia reproborum cordibus non timor requiem, sed poena timorem parit. Sequitur:

CAPÍTULO XXIX.

VERS. 10, 11.---Él ciertamente os reprenderá, porque en lo oculto aceptáis su persona. Tan pronto como se conmueva, os turbará, y su terror caerá sobre vosotros.

40. Qué pena merecen quienes impugnan la verdad conocida.---Esto, que afirma que la persona de Dios es aceptada en lo oculto, puede entenderse de dos modos. Pues hay algunos que sienten la verdad en su corazón, y sin embargo dicen por fuera cosas falsas sobre Dios. Pues para no parecer vencidos, conocen la verdad en su interior, y sin embargo la impugnan por fuera. De donde ahora se dice bien: Él ciertamente os reprenderá, porque en lo oculto aceptáis su persona. Como si se dijera abiertamente: Tanto más sois reprensibles de falsedad ante Él, cuanto que veis incluso en vosotros mismos lo que es verdadero. Y hay algunos que cuando vuelven a su mente, contemplan la justicia y la rectitud de Dios, y tiemblan orando y llorando; pero después de que ha pasado la hora de la contemplación, vuelven tan audaces a las iniquidades como si, puestos a sus espaldas, no fueran vistos en absoluto por la luz de su justicia. Estos, por tanto, en lo oculto de su interior reciben la persona de Dios como si lo vieran corporalmente, porque tanto le halagan con llantos cuando se hacen presentes, como le detractan con sus costumbres cuando se retiran como de su vista. Quienes tanto más han de ser heridos por sus males, cuanto que también conocen en el secreto de su pensamiento los rectos juicios de Dios. De donde también se añade: Tan pronto como se conmueva, os turbará; y su terror caerá sobre vosotros.

41. Los justos temen a Dios antes de que le experimenten airado.---Siendo el Dios omnipotente de naturaleza inmutable, en la ira del juicio no es perturbable. Pero con palabra humana se llama movimiento de Dios a esa misma estrechez de su rectitud, con la cual la depravación humana es herida. Pero los varones justos temen a Dios antes de que su ira se mueva contra ellos; y para no sentirlo conmovido, lo temen tranquilo. Pero por el contrario, los perversos solo entonces temen ser heridos cuando son heridos; y entonces su terror los despierta del sueño de su torpor, cuando la venganza los turba. De donde también se dice por el profeta: Y solo la vejación dará entendimiento al oído (Isai. XXVIII, 19). Pues cuando por los preceptos de Dios despreciados y menospreciados hayan comenzado a ser azotados por la venganza, entonces entienden lo que oyeron. Y el Salmista dice: Cuando los mataba, entonces lo buscaban (Sal. LXXVII, 34). Bien se dice, por tanto: Tan pronto como se conmueva, os turbará; y su terror caerá sobre vosotros, porque para los corazones de los réprobos no el temor produce descanso, sino la pena el temor. Sigue:

Caput XXX

[Rec. XIV].

VERS. 12.---Memoria vestra comparabitur cineri.

42. Superborum memoria cineri a vento rapto comparatur, et luto.---Omnes qui cogitatione terrena huic saeculo conformantur per omne quod agunt huic mundo relinquere sui memoriam conantur. Alii bellorum titulis, alii altis aedificiorum moenibus, alii disertis doctrinarum saecularium libris instanter elaborant, sibique memoriae nomen aedificant. Sed cum ipsa ad finem celerius vita percurrat, quid in ea fixum stabit, quando et ipsa celeriter mobilis pertransit? Aura etenim cinerem rapit, sicut scriptum est: Non sic impii, non sic, sed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terrae (Psal. I, 4). Recte ergo stultorum memoria cineri comparatur, quia illic ponitur, ubi ab aura rapiatur. Quantumlibet etenim quisque pro perficienda gloria sui nominis elaboret, memoriam suam quasi cinerem posuit, quia hanc citius ventus mortalitatis rapit. Quo contra de justo scriptum est: In memoria aeterna erit justus (Psal. CXI, 4). Eo ipso enim, quo facta sua solius Dei oculis imprimit, nomen suae memoriae in aeternitate figit. Sequitur:

CAPUT XXXI.

IBID.---Et redigentur in lutum cervices vestrae.

43. Sicut per oculum visus, sic per cervicem solet superbia designari. Cervix itaque in lutum redigitur, cum superbus quisque humiliatur in morte, et elata caro tabescit in putredine. Intueamur enim qualia in sepulcris jaceant divitum cadavera, quae illa in exstincta carne sit imago mortis, quae tabes corruptionis. Et certe ipsi erant qui extollebantur honoribus, habitis rebus tumebant, despiciebant caeteros, et quasi solos se esse gaudebant; et dum non perpenderent quo tendebant, nesciebant quid erant. Sed in lutum cervix redacta est, quia despecti jacent in putredine, qui tumebant in vanitate. In lutum cervix redigitur, quia quantum carnis potentia valeat, tabes corruptionis probat. Sequitur:

CAPUT XXXII.

VERS. 13.---Tacete paulisper, ut loquar quodcunque mihi mens suggesserit.

CAPÍTULO XXX.

VERS. 12.---Vuestra memoria será comparada con la ceniza.

42. La memoria de los soberbios se compara con la ceniza arrebatada por el viento, y con el lodo.---Todos los que por el pensamiento terreno se conforman a este siglo, se esfuerzan por todo lo que hacen por dejar su memoria a este mundo. Unos por títulos de guerras, otros por altos muros de edificios, otros por elocuentes libros de doctrinas seculares, trabajan instantemente, y se edifican un nombre de memoria. Pero como la vida misma corre más velozmente hacia el fin, ¿qué permanecerá fijo en ella, cuando ella misma velozmente móvil pasa de largo? Pues una brisa arrebata la ceniza, como está escrito: No así los impíos, no así, sino como el polvo, que el viento arroja de la faz de la tierra (Sal. I, 4). Rectamente, por tanto, la memoria de los necios se compara con la ceniza, porque se pone allí donde puede ser arrebatada por una brisa. Pues por mucho que cualquiera trabaje por perfeccionar la gloria de su nombre, ha puesto su memoria como ceniza, porque el viento de la mortalidad la arrebata más pronto. Por el contrario, del justo está escrito: En memoria eterna estará el justo (Sal. CXI, 4). Pues por eso mismo, por lo que imprime sus hechos solo ante los ojos de Dios, fija el nombre de su memoria en la eternidad. Sigue:

CAPÍTULO XXXI.

IBÍD.---Y vuestras cervices serán reducidas a lodo.

43. Así como por el ojo la vista, así por la cerviz suele designarse la soberbia. La cerviz, por tanto, es reducida a lodo cuando cada soberbio es humillado en la muerte, y la carne elevada se deshace en la podredumbre. Contemplemos, en efecto, qué clase de cadáveres de ricos yacen en los sepulcros, cuál es la imagen de la muerte en esa carne extinguida, qué podredumbre de corrupción. Y ciertamente eran ellos los que se ensalzaban con honores, se hinchaban con las cosas poseídas, despreciaban a los demás, y se gozaban como si solo ellos existieran; y mientras no sopesaban hacia dónde tendían, no sabían lo que eran. Pero la cerviz ha sido reducida a lodo, porque yacen despreciados en la podredumbre los que se hinchaban en la vanidad. A lodo es reducida la cerviz, porque la podredumbre de la corrupción prueba cuánto vale la potencia de la carne. Sigue:

CAPÍTULO XXXII.

VERS. 13.---Callad por un poco, para que yo hable lo que mi mente me sugiera.

44. Qui carnaliter loquuntur, ad silentium sunt revocandi.---Sensu carnis locutos indicat, quos idcirco ad silentium restringit, ut ea quae illi mens suggesserit dicat. Ac si aperte dicat: Non ego carnaliter, sed spiritaliter loquor, quia per sensum spiritus 382 audio quae per ministerium corporis profero. Unde mox ad alta conscendit, seque in mysteriis elevat, et increpationem quam protulerat ad mystica verba permutat, dicens:

Caput XXXIII

[Vet. XVIII, Rec. XV].

VERS. 14.---Quare lacero carnes meas dentibus meis, et animam meam porto in manibus meis?

45. Justi leviora delicta magnis cruciatibus in se puniunt.---In Scriptura sacra dentes aliquando sancti praedicatores, aliquando vero interni accipi sensus solent. De sanctis enim praedicatoribus, sponsae dictum est: Dentes tui sicut greges tonsarum, quae ascenderunt de lavacro (Cant. IV, 2). Unde et uni eorum ostensis in figura gentibus dicitur: Macta et manduca (Act. X, 13); id est, vetustatem earum contere, et in corpus Ecclesiae, videlicet in tua membra, converte. Rursum quia dentes interiores sensus accipi solent Jeremias propheta testatur, dicens: Fregit ad numerum dentes meos (Thren. III, 10). Per dentes etenim cibus frangitur, ut glutiatur. Unde non immerito in dentibus internos sensus accipimus, qui singula quae cogitant quasi mandunt et comminuunt, atque ad ventrem memoriae transmittunt. Quos propheta ad numerum fractos dicit, quia juxta mensuram uniuscujusque peccati intelligentiae caecitas generatur in sensibus, et secundum quod quisque egit exterius, in eo obstupescit quod de internis atque invisibilibus intelligere potuit. Unde recte etiam scriptum est: Omnis homo qui comederit uvam acerbam, obstupescent dentes ejus (Ezech. XVIII, 2; Jerem. XXX, 30). Quid namque uva acerba nisi peccatum est? Uva quippe acerba est fructus ante tempus. Quisquis enim praesentis vitae delectationibus satiari desiderat quasi fructus ante tempus comedere festinat. Qui igitur uvam acerbam comedit, dentes ejus obstupescunt, quia qui praesentis mundi delectatione pascitur, interni ejus sensus ligantur, ut jam spiritalia mandere, id est intelligere nequeant, quia unde in exterioribus delectati sunt, inde in intimis obstupescunt.

44. Quienes hablan carnalmente han de ser llamados al silencio.---Indica que habían hablado según el sentido de la carne aquellos a quienes por eso restringe al silencio, para decir las cosas que su mente le sugiera. Como si dijera abiertamente: No hablo yo carnalmente, sino espiritualmente, porque por el sentido del espíritu oigo lo que por el ministerio del cuerpo profiero. De donde pronto asciende a las cosas altas, y se eleva en los misterios, y cambia la increpación que había proferido en palabras místicas, diciendo:

CAPÍTULO XXXIII.

VERS. 14.---¿Por qué desgarro mis carnes con mis dientes, y llevo mi alma en mis manos?

45. Los justos castigan sus delitos más leves con grandes tormentos en sí mismos.---En la Sagrada Escritura, por los dientes suelen entenderse a veces los santos predicadores, y a veces los sentidos internos. Pues de los santos predicadores se ha dicho a la esposa: Tus dientes como rebaños de trasquiladas, que subieron del lavadero (Cant. IV, 2). De donde también se dice a uno de ellos, mostrándosele en figura las gentes: Mata y come (Hech. X, 13); esto es, tritura su antigüedad y conviértelos al cuerpo de la Iglesia, a saber, a tus miembros. De nuevo, porque por los dientes suelen entenderse los sentidos interiores, el profeta Jeremías testifica diciendo: Quebrantó mis dientes según el número (Lam. III, 10). Pues por los dientes se tritura el alimento para que sea tragado. De donde no inmerecidamente entendemos por los dientes los sentidos internos, que mastican y desmenuzan, por así decirlo, cada una de las cosas que piensan, y las transmiten al vientre de la memoria. A los cuales el profeta dice quebrantados según el número, porque según la medida del pecado de cada uno se genera en los sentidos una ceguera de inteligencia, y según lo que cada uno ha hecho exteriormente, en eso se entorpece respecto a lo que pudo entender de las cosas internas e invisibles. De donde rectamente también está escrito: Todo hombre que comiere la uva acerba, sus dientes se entorpecerán (Ezeq. XVIII, 2; Jer. XXXI, 30). Pues ¿qué es la uva acerba sino el pecado? En efecto, la uva acerba es el fruto antes de tiempo. Pues quienquiera que desea saciarse con los deleites de la vida presente, se apresura a comer el fruto como antes de tiempo. Quien, por tanto, come la uva acerba, sus dientes se entorpecen, porque quien se alimenta con el deleite del mundo presente, sus sentidos internos se ligan, de modo que ya no puedan masticar, esto es, entender, las cosas espirituales, porque desde donde se deleitaron en lo exterior, desde allí se entorpecen en lo íntimo.

Et dum peccato anima pascitur, panem justitiae edere non valet, quoniam ligati dentes, ex peccati consuetudine, justum quod intus sapit edere nequaquam possunt. Hoc igitur loco, quia dentes, ut diximus, internos sensus accipimus, considerare magnopere quid agere justi soleant debemus. Qui plerumque, si qua in se quamlibet leviter carnalia esse deprehendunt, haec, in internis sensibus retractantes, vehementer in semetipsis insequuntur, afflictione se conterunt, magnisque cruciatibus vel minima in se prava dijudicant, atque haec per poenitentiam damnant. Quod idcirco agunt, ut in conspectu aeterni judicis et ipsi inveniri, in quantum est possibile, irreprehensibiles debeant, et hi qui eos sic se judicare conspiciunt emendare semetipsos a culpis culpis gravioribus inardescant. Quod videlicet beatus Job coram amicis suis temporalem gloriam tenentibus, et transeuntia bona laudantibus, fecerat; sed tamen eorum sensum ad cognoscendam utilitatem flagelli sui perducere non valebat, ut scilicet pensare possent quod non solum prospera omnipotens Deus tribueret, sed nonnunquam etiam adversa propitius irrogaret. Unde bene nunc dicit: Quare lacero carnes meas dentibus meis? Ac si aperte dicat: Cur internis sensibus carnalia, si qua fuerint in me facta, discutio, si meis spectatoribus prodesse non possum? Ubi et apte subditur: Et animam meam porto in manibus meis.

46. Non solum profectum suum, sed aedificationem proximi in omnibus quaerunt.---Animam in manibus portare est intentionem cordis in operatione ostendere. Habent namque hoc justi proprium ut in omne quod dicunt atque omne quod agunt, non solum provectum suum, sed etiam proximorum aedificationem quaerant. Et aliquando in quibusdam semetipsos dijudicant, ut pigros auditores ad considerandos semetipsos revocent. Aliquando bona opera ostendunt, ut spectatores eorum erubescant non imitari quod vident. Nam scriptum est: Videant vestra bona opera, et glorificent Patrem vestrum, qui est in coelis (Matth. V, 16). Qui igitur intentionem suam per opera insinuat, animam suam in manibus portat. Sed cum justus quisque nec se dijudicando, nec bona opera ostendendo, utilitati proximorum proficit, per hoc quod egerit, ad verba doloris redit. Unde recte nunc dicitur: Quare lacero carnes meas dentibus meis, et animam meam porto in manibus meis? Id est, cur me vel districte coram hominibus dijudico, vel quid appetam in opere ostendo, si utilitati proximorum nec mala dijudicando, nec bona ostendendo proficio? Sed tamen justi etiam, cum haec dicunt, nunquam a praebendo proximis bono exemplo deficiunt. Unde adhuc coram amicis suis beatus Job virtutem patientiae exhibens et ostendens ait:

Y mientras el alma se alimenta del pecado, no puede comer el pan de la justicia, puesto que los dientes ligados, por la costumbre del pecado, de ningún modo pueden comer lo justo que sabe por dentro. En este lugar, por tanto, porque entendemos por dientes, como hemos dicho, los sentidos internos, debemos considerar grandemente qué suelen hacer los justos. Quienes frecuentemente, si de algún modo detectan en sí cosas carnales por levemente que sea, retractando estas en sus sentidos internos, las persiguen vehementemente en sí mismos, se trituran con la aflicción, y con grandes tormentos juzgan incluso las más mínimas cosas depravadas en sí, y las condenan por la penitencia. Lo cual hacen por esto, para que ante la vista del eterno Juez también ellos deban ser hallados, en cuanto es posible, irreprensibles, y para que estos que los ven juzgarse así se enciendan en enmendarse de culpas más graves. Lo cual, evidentemente, el bienaventurado Job había hecho ante sus amigos que poseían la gloria temporal y alababan los bienes pasajeros; pero sin embargo no podía conducir el sentido de ellos a conocer la utilidad de su azote, de modo que pudieran sopesar que el Dios omnipotente no solo otorgaba cosas prósperas, sino que a veces también infligía misericordiosamente cosas adversas. De donde bien dice ahora: ¿Por qué desgarro mis carnes con mis dientes? Como si dijera abiertamente: ¿Por qué discuto con mis sentidos internos las cosas carnales, si en mí se hubieran hecho algunos hechos, si no puedo aprovechar a mis espectadores? Donde también se añade aptamente: Y llevo mi alma en mis manos.

46. No solo su provecho, sino la edificación del prójimo buscan en todas las cosas.--- Llevar el alma en las manos es mostrar la intención del corazón en la obra. Pues tienen los justos esto como propio: que en todo lo que dicen y en todo lo que hacen, no solo buscan su propio provecho, sino también la edificación de los prójimos. Y a veces en algunas cosas se juzgan a sí mismos, para llamar a los oyentes perezosos a considerarse a sí mismos. A veces muestran las buenas obras, para que quienes las contemplan se avergüencen de no imitar lo que ven. Pues está escrito: Vean vuestras buenas obras, y glorifiquen a vuestro Padre, que está en los cielos (Mat. V, 16). El que, por tanto, insinúa su intención por medio de las obras, lleva su alma en sus manos. Pero cuando cualquier justo no aprovecha ni juzgándose a sí mismo, ni mostrando buenas obras, para la utilidad de los prójimos, vuelve por aquello que ha hecho a palabras de dolor. De donde ahora rectamente se dice: ¿Por qué desgarro mis carnes con mis dientes, y llevo mi alma en mis manos? Esto es, ¿por qué o me juzgo estrechamente ante los hombres, o muestro qué pretendo en la obra, si no aprovecho a la utilidad de los prójimos ni juzgando las cosas malas, ni mostrando las buenas? Pero sin embargo los justos, incluso cuando dicen estas cosas, nunca desfallecen en ofrecer un buen ejemplo a los prójimos. De donde todavía ante sus amigos el bienaventurado Job, exhibiendo y mostrando la virtud de la paciencia, dice:

Caput XXXIV

[Rec. XVII].

VERS. 15.---Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo.

47. Justus Deum etiam in adversis laudat.---Nunquam est patientiae virtus in prosperis. Ille autem vere est patiens, qui et adversis atteritur, et tamen a spei suae rectitudine non curvatur. De reprobi namque sensu scriptum est: Et confitebitur tibi cum benefeceris ei (Psal. XLVIII, 19). In hoc itaque mens justa ab injusta discernitur, quod omnipotentis Dei laudem et inter adversa confitetur, quod non cum rebus frangitur, non cum casu gloriae exterioris cadit, sed in hoc magis qualis cum rebus fuerit demonstrat, quae et sine rebus robustior stat. Sequitur:

CAPUT XXXV.

VERS. 15, 16.---Verumtamen vias meas in conspectu ejus arguam, et ipse erit salvator meus.

48. Culpis suis nescit parcere, ut Deus parcat.---Cum Paulus apostolus dicat: Si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur (I Cor. XI, 31), eo tunc Dominus salvator invenitur, quo nunc pro timore Dei peccatum nostrum a nobismetipsis redarguitur. Unde electi quique culpis suis nunquam sciunt parcere, ut possint culparum judicem placatum invenire. Et vere eum postmodum invenire salvatorem credunt, quem districte modo judicem metuunt. Nam qui sibi nunc in culpa parcit, ei postmodum in poena non parcitur. Dicat ergo: Verumtamen vias meas in conspectu ejus arguam. Quae vero utilitas de hac argutione sequatur adjungat: Et ipse erit salvator meus. Sequitur:

Caput XXXVI

[Rec. XVIII].

IBID.---Non enim veniet in conspectu ejus omnis hypocrita.

CAPÍTULO XXVII.

VERS. 15.---Aunque me mate, en Él esperaré.

47. El justo alaba a Dios incluso en las adversidades.---Nunca está la virtud de la paciencia en las cosas prósperas. Pero aquel es verdaderamente paciente, el que es desgastado por las adversidades, y sin embargo no se tuerce de la rectitud de su esperanza. Pues del sentido del réprobo está escrito: Y te confesará cuando le hagas bien (Sal. XLVIII, 19). En esto, por tanto, la mente justa se distingue de la injusta, en que confiesa la alabanza del Dios omnipotente incluso entre las adversidades, en que no se rompe con las cosas, no cae con la caída de la gloria exterior, sino que en esto más bien demuestra qué tal era con las cosas, la que permanece más robusta incluso sin las cosas. Sigue:

CAPÍTULO XXXV.

VERS. 15, 16.---No obstante, reprenderé mis caminos en su presencia, y Él será mi salvador.

48. No sabe perdonar sus propias culpas para que Dios perdone.---Como dice el apóstol Pablo: Si nosotros mismos nos juzgáramos, ciertamente no seríamos juzgados (I Cor. XI, 31), el Señor es hallado entonces salvador, cuando ahora, por temor a Dios, nuestro pecado es reprobado por nosotros mismos. De donde todos los elegidos nunca saben perdonar sus propias culpas, para poder encontrar aplacado al Juez de las culpas. Y verdaderamente creen que después le encontrarán salvador a Aquel a quien ahora temen como Juez riguroso. Pues el que ahora se perdona a sí mismo en la culpa, no es perdonado después en la pena. Diga, pues: No obstante, reprenderé mis caminos en su presencia. Y añada qué utilidad sigue de esta reprensión: Y Él será mi salvador. Sigue:

CAPÍTULO XXXVI

[Rec. XVIII].

IBID.---Porque no vendrá a su presencia todo hipócrita.

49. Hypocrita Dei conspectum fugit, dum humanis oculis placere cupit.---Cum constet quod judex veniens agnos ad dexteram, haedos vero ad sinistram ponat (Matth. XXV, 33), qua nunc ratione dicitur in conspectu ejus hypocritam non esse venturum, qui scilicet si inter haedos erit, ad sinistram judicis apparebit? [Vet. XX.] Sed sciendum est quod duobus modis in conspectu Domini venimus. Uno quidem, quo hic, peccata nostra subtiliter perpendentes, in ejus non conspectu punimus, et flendo dijudicamus. Nam quoties conditoris nostri potentiam ad sensum reducimus, toties in conspectu illius stamus. Unde recte quoque per virum Dei Eliam dicitur: Vivit Dominus Deus Israel, in cujus conspectu sto (III Reg. XVII, 1). Alio quoque modo in conspectu Domini venimus, cum in extremo judicio ante tribunal ejus assistimus. Hypocrita igitur per examen ultimum ante conspectum judicis venit; sed quia modo culpas suas considerare ac deflere dissimulat, in conspectu Domini venire recusat. Sicut enim justi viri, cum districtionem venturi judicis contemplantur, peccata sua ad memoriam reducunt, deflent quae commiserunt, et districte se judicant, ne judicentur; ita hypocritae quo exterius hominibus placent, eo se interius aspicere negligunt; totosque se in verbis proximorum fundunt, et sanctos se esse aestimant, quia sic se haberi ab hominibus pensant. Cumque mentem per verba suae laudis sparserint, nunquam hanc ad cognitionem reducunt culpae, nunquam considerant ubi internum judicem offendant, nihil de ejus districtione metuunt, quia sic se placuisse ei sicut hominibus credunt. Qui si terrorem ejus ad mentem reducerent, hoc ipsum quod in mala intentione positi placent hominibus plus timerent. Bene itaque dicitur: Non enim veniet in conspectu ejus omnis hypocrita, quia districtionem Dei ante oculos non ponit, dum placere humanis oculis concupiscit. Qui si, mentem suam discutiens, semetipsum in conspectu Dei poneret, profecto jam hypocrita non esset. Sequitur:

CAPUT XXXVII.

VERS. 17.---Audite sermonem meum, et aenigmata percipite auribus vestris.

50. Job figurata locutio.---Per hoc quod aenigmata nominat, figuratas se habere locutiones demonstrat. Unde apte quoque voce fidelis populi subditur:

Caput XXXVIII

[Rec. XIX].

VERS. 18.---Si fuero judicatus, scio quia justus inveniar.

49. El hipócrita huye de la presencia de Dios, mientras desea agradar a los ojos humanos.---Puesto que consta que el juez que viene pondrá a las ovejas a la derecha, y a los cabritos a la izquierda (Mat. XXV, 33), ¿por qué razón se dice ahora que el hipócrita no ha de venir a su presencia, quien ciertamente, si estuviere entre los cabritos, aparecerá a la izquierda del juez? [Vet. XX.] Pero se ha de saber que de dos modos venimos a la presencia del Señor. De uno, por cierto, por el cual aquí, pesando sutilmente nuestros pecados, los castigamos en su presencia, y los juzgamos llorando. Pues cuantas veces traemos al sentido la potencia de nuestro Creador, tantas veces estamos en su presencia. De donde rectamente también se dice por el varón de Dios Elías: Vive el Señor Dios de Israel, en cuya presencia estoy (III Reyes XVII, 1). De otro modo también venimos a la presencia del Señor, cuando en el juicio final asistimos ante su tribunal. El hipócrita, por tanto, por el examen último viene ante la presencia del juez; pero porque ahora disimula considerar y llorar sus culpas, rehúsa venir a la presencia del Señor. Pues así como los varones justos, cuando contemplan el rigor del juez venidero, traen sus pecados a la memoria, lloran lo que cometieron, y se juzgan rigurosamente a sí mismos, para no ser juzgados; así los hipócritas, cuanto más agradan exteriormente a los hombres, tanto más descuidan mirarse interiormente; y se derraman todos en las palabras de sus prójimos, y se estiman santos, porque piensan que así son tenidos por los hombres. Y cuando han dispersado la mente por las palabras de su propia alabanza, nunca la vuelven al conocimiento de la culpa, nunca consideran en qué ofenden al juez interno, nada temen de su rigor, porque creen haberle agradado a Él así como a los hombres. Quienes si trajeran su terror a la mente, temerían más esto mismo, que estando puestos en una mala intención agraden a los hombres. Bien, pues, se dice: Porque no vendrá a su presencia todo hipócrita, porque no pone el rigor de Dios ante sus ojos, mientras apetece agradar a los ojos humanos. El cual si, discutiendo su mente, se pusiera a sí mismo en la presencia de Dios, de cierto ya no sería hipócrita. Sigue:

CAPÍTULO XXXVII.

VERS. 17.---Oíd mi sermón, y percibid mis enigmas con vuestros oídos.

50. Locución figurada de Job.---Por el hecho de que nombra enigmas, demuestra que tiene locuciones figuradas. De donde también aptamente se añade con la voz del pueblo fiel:

Capítulo XXXVIII

[Rec. XIX].

VERS. 18.---Si fuere juzgado, sé que seré hallado justo.

51. Job etiam se laudantis humilitas. Sibi iniquitatem, Deo vero purgationem suam tribuit.---Quod ab ejusdem etiam beati Job persona non discrepat, quando hoc ipse foris de se ipso loquitur, quod de illo Veritas hosti ejus interius dixerat: Vidisti servum meum Job, quod non sit ei similis super terram (Job. I, 8). Et quidem idem vir valde inferius est quod de se memorat quam quod de illo Dominus dixit. Aliud est enim justum esse, aliud est ei similem non esse. Humiliter igitur de semetipso sensit, qui dum justus sine comparatione exstitit, non se prae caeteris, sed justum tantummodo inveniri posse memoravit. [Vet. XXI.] Hoc tamen in ejus verbis videtur habere quaestionis, quod qui superius dixit: Vias meas in conspectu ejus arguam (Vers. 15); et inferius dicit: Consumere me vis peccatis adolescentiae meae; et peccata sua subtiliter agnoscens, adhuc longe inferius adjungit: Signasti quasi in sacculo delicta mea; nunc ait: Si fuero judicatus, scio quia justus inveniar. Neque enim simul convenire queunt peccatum et justitia. Sed sanctus vir sibi iniquitatem tribuens, et omnipotenti Domino purgationem suam, et peccatorem se cognoscit ex se, et justum se factum non ignorat ex munere. Qui in recto quoque opere positus ex abundanti gratia meruit flagella sustinere. Jamque se in judicio justum inveniri gaudet, qui se ante judicium percussum vidit. Unde et cum longe post dicat: Signasti quasi in sacculo delicta mea, statim subdit: IBID.---Sed curasti iniquitatem meam. Qui ergo justum inveniri se in judicio memorat, nequaquam se juste flagellatum negat; quamvis flagello ejus Dominus non peccata studuit tergere, sed merita augere. Sequitur:

CAPUT XXXIX.

VERS. 19.---Quis est qui judicetur mecum? veniat.

52. Nullus peccati cogitationis expers esse potest.---Sancti viri ita se in operibus suis, Deo auctore, custodiunt, ut omnino unde accusentur exterius non inveniatur; interius vero in cogitationibus suis tanta se cautela circumspiciunt, ut, si fieri valeat, semper irreprehensibiles interni judicis oculis assistant. Sed quantum agere possunt, ne exterius labantur in opere, tantum interius agere nequaquam possunt, ut nunquam labantur in cogitatione. Humana enim conscientia eo ipso quo ab intimis recedit, semper in lubrico est. Unde fit ut etiam sancti viri frequenter labantur in corde.

51. Humildad de Job incluso al alabarse a sí mismo. Se atribuye a sí mismo la iniquidad, pero a Dios su purgación.---Lo cual no discrepa de la persona del mismo bienaventurado Job, cuando él mismo habla esto exteriormente de sí mismo, lo que la Verdad había dicho interiormente de él a su enemigo: ¿Has visto a mi siervo Job, que no hay semejante a él sobre la tierra? (Job I, 8). Y ciertamente el mismo varón es muy inferior en lo que de sí mismo recuerda que lo que el Señor dijo de él. Pues una cosa es ser justo, otra es no tener semejante a él. Humildemente, por tanto, sintió de sí mismo, quien mientras existió justo sin comparación, no mencionó que pudiera ser hallado justo sobre los demás, sino solamente justo. [Vet. XXI.] Esto, sin embargo, parece tener una cuestión en sus palabras, que quien arriba dijo: Reprenderé mis caminos en su presencia (Vers. 15); y abajo dice: Me quieres consumir con los pecados de mi adolescencia; y reconociendo sutilmente sus pecados, todavía más abajo añade: Sellaste como en un saquito mis delitos; ahora dice: Si fuere juzgado, sé que seré hallado justo. Pues no pueden convenir al mismo tiempo el pecado y la justicia. Pero el santo varón atribuyéndose a sí mismo la iniquidad, y al omnipotente Señor su purgación, tanto se reconoce pecador por sí mismo, como no ignora haberse hecho justo por don. Quien puesto también en obra recta mereció por abundante gracia sostener azotes. Y ya se goza de ser hallado justo en el juicio, quien se vio herido antes del juicio. De donde también cuando dice mucho después: Sellaste como en un saquito mis delitos, inmediatamente añade: IBID.---Pero curaste mi iniquidad. El que, por tanto, recuerda que es hallado justo en el juicio, de ninguna manera niega haber sido justamente azotado; aunque por su azote el Señor no estudió borrar pecados, sino aumentar méritos. Sigue:

CAPÍTULO XXXIX.

VERS. 19.---¿Quién es el que será juzgado conmigo? venga.

52. Ninguno puede estar exento del pensamiento de pecado.---Los santos varones de tal manera se guardan en sus obras, siendo Dios el autor, que de ningún modo se encuentra de qué sean acusados exteriormente; pero interiormente en sus pensamientos se vigilan con tanta cautela, que, si pudiere hacerse, siempre asistan irreprensibles ante los ojos del juez interno. Pero cuanto pueden actuar para no resbalar exteriormente en la obra, tanto no pueden actuar de ningún modo interiormente para nunca resbalar en el pensamiento. Pues la conciencia humana, por el hecho mismo de que se aleja de lo más íntimo, siempre está en terreno resbaladizo. De donde sucede que también los santos varones frecuentemente resbalan en el corazón.

Beatus ergo Job, tam ex voce sua quam ex voce electorum loquens, dicat: Quis est qui judicetur mecum? veniat. Quia enim in exterioribus actibus unde reprehendatur non habet, libere accusatorem quaerit. Quia vero etiam justorum corda semetipsa nonnunquam de stulta cogitatione reprehendunt. propter hoc fortasse subditur:

CAPUT XL.

IBID.---Quare tacens consumor?

53. Cujus in occulto agenda est poenitentia.---Tacens enim consumitur qui, de stulta se cogitatione reprehendens, apud semetipsum dente conscientiae mordetur. Ac si aperte dicat: Sicut vixi ut accusatorem exterius nullum timerem, utinam sic vixissem ut intra memetipsum accusatricem conscientiam non haberem! Tacens enim consumitur, qui intus in se invenit unde uratur. Sequitur:

VERS. 20.---Duo tantum ne facias mihi, et tunc a facie tua non abscondar.

54. A Dei animadversione nemo tutus.---Hoc loco quid Dei faciem nisi animadversionem debemus accipere, in qua dum peccata respicit punit? A qua videlicet nullus etiam justus absconditur, si duo quae postulat non amoveantur; de quibus subdit:

Caput XLI

[Vet. XXII, Rec. XX].

VERS. 21.---Manum tuam longe fac a me, et formido tua non me terreat.

55. Sancti ante Christum illam legem cupiebant, in qua non timore servirent, sed amore.---In quibus videlicet duobus, quid aliud per prophetiae vocem quam tempus gratiae et redemptionis inquirit? Lex namque sub percussione ultionis populum tenuit, ut quisquis sub illa peccaret protinus morte puniretur. Nec plebs Israelitica ex amore Domino, sed ex timore, serviebat. Nunquam vero impleri justitia per timorem potest, quia, juxta Joannis vocem: Perfecta charitas foras mittit timorem (I Joan. IV, 18). Et Paulus quoque adoptionis filios consolatur, dicens: Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater (Rom. VIII, 15). Ex voce igitur generis humani, legalis percussionis duritiam transire concupiscens, atque a formidine pervenire ad dilectionem appetens, quae duo a se omnipotens Deus longe faciat exorat, dicens: Manum tuam longe fac a me, et formido tua non me terreat;

Diga, pues, el bienaventurado Job, hablando tanto desde su propia voz como desde la voz de los elegidos: ¿Quién es el que será juzgado conmigo? venga. Porque en los actos exteriores no tiene de qué ser reprendido, libremente busca acusador. Pero porque también los corazones de los justos a veces se reprenden a sí mismos de pensamiento necio, por esto tal vez se añade:

CAPÍTULO XL.

IBID.---¿Por qué callando soy consumido?

53. Cuya penitencia ha de ser hecha en lo oculto.---Pues callando es consumido quien, reprendiéndose a sí mismo de pensamiento necio, es mordido en sí mismo por el diente de la conciencia. Como si dijera abiertamente: ¡Así como viví para no temer a ningún acusador exteriormente, ojalá así hubiera vivido para no tener una conciencia acusadora dentro de mí mismo! Pues callando es consumido quien encuentra dentro de sí aquello por lo que se quema. Sigue:

VERS. 20.---Solo dos cosas no me hagas, y entonces no me esconderé de tu faz.

54. Nadie seguro de la animadversión de Dios.---En este lugar, ¿qué debemos entender por la faz de Dios sino la animadversión, en la cual mientras mira los pecados los castiga? De la cual ciertamente ni siquiera ningún justo es escondido, si no se quitan las dos cosas que pide; sobre las cuales añade:

Capítulo XLI

[Vet. XXII, Rec. XX].

VERS. 21.---Retira tu mano lejos de mí, y tu terror no me espante.

55. Los santos antes de Cristo deseaban aquella ley, en la cual sirvieran no por temor, sino por amor.---En las cuales dos cosas, ciertamente, ¿qué otra cosa busca a través de la voz de la profecía sino el tiempo de la gracia y de la redención? Pues la Ley mantuvo al pueblo bajo la percusión de la venganza, de modo que cualquiera que pecara bajo ella fuera castigado inmediatamente con la muerte. Ni el pueblo israelita servía al Señor por amor, sino por temor. Pero nunca puede cumplirse la justicia por el temor, porque, según la voz de Juan: La perfecta caridad echa fuera el temor (I Juan IV, 18). Y Pablo también consuela a los hijos de la adopción, diciendo: No habéis recibido el espíritu de servidumbre otra vez en el temor, sino que habéis recibido el espíritu de adopción de hijos, en el cual clamamos: ¡Abba, Padre! (Rom. VIII, 15). Por la voz del género humano, por tanto, deseando pasar la dureza de la percusión legal, y apeteciendo llegar del pavor a la dilección, suplica que Dios omnipotente aleje de sí estas dos cosas, diciendo: Retira tu mano lejos de mí, y tu terror no me espante;

id est, percussionis duritiam remove a me, formidinis pondus tolle, sed irradiante gratia dilectionis, spiritum securitatis infunde, quia si longe a percussione et formidine non fuero, scio quia a districtione tui examinis non abscondar, quoniam in conspectu tuo justus esse non valet qui tibi non per dilectionem, sed per timorem servit. Unde et ipsam conditoris sui praesentiam quasi familiariter ac corporaliter quaerit, ut per hanc et audiat quod ignorat, et in his audiatur quae novit. Nam protinus adjungit:

VERS. 22.---Voca me, et respondebo tibi; aut certe loquar, et tu responde mihi.

56. Christus peccata quae latebant manifestavit.---Qui dum humanis oculis per assumptam carnem apparuit, sua hominibus peccata aperuit, quae et perpetrabant, et nesciebant. Unde subditur.

Caput XLII.

[Rec. XXI].

VERS. 23.---Quantas habeo iniquitates et peccata, scelera mea et delicta ostende mihi.

57. Vocat Deus cum nos amando eligit. Ei parendo respondemus. Quid distet inter peccatum et iniquitatem, inter scelera et delicta. Quamvis vocare ac respondere intelligi et aliter possit. Vocare enim Dei est nos amando et eligendo respicere. Respondere autem nostrum est amori illius bonis operibus parere. Ubi apte additur: Aut certe loquar, et tu responde mihi. Loquimur namque cum ejus faciem per desiderium postulamus. Respondet vero Deus loquentibus cum nobis se amantibus apparet. Sed quia quisquis aeternitatis desiderio anhelat, semetipsum subtiliter reprehendens, facta sua discutit, et ne quid in illo sit in quo auctoris sui faciem offendat quaerit, recte subjungit: Quantas habeo iniquitates et peccata, scelera mea et delicta ostende mihi. Iste in hac vita justorum labor est ut semetipsos inveniant, et invenientes flendo atque corrigendo ad meliora perducant. Et quamvis inter iniquitatem atque peccatum nihil distare perhibeat Joannes apostolus, qui ait: Iniquitas peccatum est (I Joan. III, 4), ipso tamen usu loquendi plus iniquitas quam peccatum sonat, et omnis se homo libere peccatorem fatetur, iniquum vero dicere nonnunquam erubescit. [Vet. XXIII.] Inter scelera vero et delicta hoc distat, quod scelus etiam pondus peccati transit, delictum vero pondus peccati non transit, quia et cum offerri sacrificium per legem jubetur, nimirum praecipitur sicut pro peccato, ita etiam pro delicto.

esto es, quita de mí la dureza de la percusión, quita el peso del pavor, pero por la irradiante gracia de la dilección, infunde el espíritu de seguridad, porque si no estuviere lejos de la percusión y del pavor, sé que no me esconderé del rigor de tu examen, puesto que en tu presencia no puede ser justo quien te sirve no por dilección, sino por temor. De donde también busca la misma presencia de su Creador como familiar y corporalmente, para que por ella tanto oiga lo que ignora, como sea oído en aquellas cosas que conoce. Pues inmediatamente añade:

VERS. 22.---Llámame, y yo te responderé; o ciertamente hablaré, y tú respóndeme.

56. Cristo manifestó los pecados que estaban ocultos.---Quien mientras apareció a los ojos humanos por la carne asumida, abrió a los hombres sus pecados, que tanto perpetraban como ignoraban. De donde se añade:

Capítulo XLII

[Rec. XXI].

VERS. 23.---Cuántas iniquidades y pecados tengo, muéstrame mis crímenes y delitos.

57. Dios llama cuando nos mira amando y eligiendo. Respondemos obedeciéndole. Qué dista entre pecado e iniquidad, entre crímenes y delitos.---Aunque llamar y responder puede entenderse también de otro modo. Pues llamar es de Dios, mirarnos amando y eligiendo. Responder, en cambio, es nuestro, obedecer a su amor con buenas obras. Donde aptamente se añade: O ciertamente hablaré, y tú respóndeme. Pues hablamos cuando pedimos su faz por el deseo. Dios, en cambio, responde a los que hablan cuando se nos aparece a nosotros que le amamos. Pero porque quien anhela por el deseo de la eternidad, reprendiéndose sutilmente a sí mismo, discute sus hechos, y busca que no haya nada en él en que ofenda la faz de su Creador, rectamente subyuga: Cuántas iniquidades y pecados tengo, muéstrame mis crímenes y delitos. Este es en esta vida el trabajo de los justos, que se encuentren a sí mismos, y encontrándose, llorando y corrigiendo, se conduzcan a cosas mejores. Y aunque entre la iniquidad y el pecado nada diga que dista el apóstol Juan, quien dice: La iniquidad es pecado (I Juan III, 4), por el mismo uso de hablar suena más iniquidad que pecado, y todo hombre libremente se confiesa pecador, pero a veces se avergüenza de decirse inicuo. [Vet. XXIII.] Entre los crímenes (scelera) y los delitos (delicta), en cambio, dista esto: que el crimen incluso sobrepasa el peso del pecado, el delito en cambio no sobrepasa el peso del pecado, porque también cuando se manda ofrecer sacrificio por la ley, ciertamente se prescribe tanto por el pecado como por el delito.

Et nunquam scelus nisi in opere est, delictum vero plerumque in sola cogitatione. Unde et per Psalmistam dicitur: Delicta quis intelligit (Psal. XVIII, 13)? Quia videlicet peccata operis tanto citius cognoscuntur, quanto exterius videntur; peccata vero cogitationis eo ad intelligendum difficilia sunt, quo invisibiliter perpetrantur. Quisquis igitur aeternitatis desiderio anxius apparere venturo judici desiderat mundus, tanto se subtilius nunc examinat, quanto nimirum cogitat, ut tunc terrori illius liber assistat, et ostendi sibi exorat ubi displicet, ut hoc in se per poenitentiam puniat, seque hic dijudicans injudicabilis fiat.

58. In eam caecitatem venimus per peccatum, ut nosmetipsos ignoremus.---Sed inter haec intueri necesse est quanta peregrinationis nostrae poena nos perculit, qui in eam caecitatem venimus, ut nos ipsos ignoremus. Perpetramus mala, nec tamen haec celerius deprehendimus vel perpetrata. Exclusa quippe mens a luce veritatis nil in se nisi tenebras invenit, et plerumque in peccati foveam pedem porrigit, et nescit. Quod nimirum de sola exsilii sui caecitate patitur, quia, ab illuminatione Domini repulsa, et semetipsam videre perdidit, quae auctoris sui faciem non amavit. Unde et subditur:

CAPUT XLIII.

VERS. 24.---Cur faciem tuam abscondis, et arbitraris me inimicum tuum?

59. Ex poenali timore ad amorem est redeundum.---Humanum genus contemplationem lucis intimae habuit in paradiso; sed sibimetipsi placens, quo a se recessit, lumen conditoris perdidit, ejusque faciem; ad ligna paradisi fugit, quia post culpam videre metuebat quem amare consueverat. Sed ecce post culpam venit in poenam, ex poena autem ad amorem redit, quia quis fuerit culpae fructus invenit; atque illam faciem quam timuit in culpa excitatus requirit ex poena, ut jam caliginem caecitatis suae fugiat, atque hoc ipsum, quod auctorem suum non videt graviter perhorrescat. Quo videlicet desiderio compunctus sanctus vir clamat: Cur faciem tuam abscondis, et arbitraris me inimicum tuum? quia si ut amicum aspiceres, tuae me visionis lumine non privares. Qui mobilitatem quoque cordis humani subsequens adjungit:

CAPUT XLIV.

VERS. 25.---Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, et stipulam siccam persequeris?

Y nunca hay crimen sino en la obra, el delito en cambio frecuentemente está en el solo pensamiento. De donde también se dice por el Salmista: ¿Quién entiende los delitos? (Sal. XVIII, 13). Porque ciertamente los pecados de obra tanto más pronto se conocen, cuanto que se ven exteriormente; los pecados de pensamiento, en cambio, tanto son difíciles de entender, cuanto que se perpetran invisiblemente. Quienquiera, por tanto, ansioso por el deseo de la eternidad desea aparecer limpio ante el juez venidero, tanto más sutilmente se examina ahora, cuanto que ciertamente considera, para que entonces asista libre a su terror, y suplica que se le muestre en qué desagrada, para castigar esto en sí mismo por la penitencia, y juzgándose aquí se haga injuzgable.

58. Hemos venido a tal ceguera por el pecado, que nos ignoramos a nosotros mismos.---Pero entre estas cosas es necesario mirar cuánta pena de nuestra peregrinación nos hirió, que hemos venido a tal ceguera, que nos ignoramos a nosotros mismos. Perpetramos males, y sin embargo no los detectamos muy pronto ni siquiera perpetrados. Pues la mente, excluida de la luz de la verdad, nada encuentra en sí sino tinieblas, y frecuentemente alarga el pie a la fosa del pecado, y no lo sabe. Lo cual ciertamente padece por la sola ceguera de su exilio, porque, rechazada de la iluminación del Señor, perdió también el verse a sí misma, ella que no amó la faz de su Creador. De donde también se añade:

CAPÍTULO XLIII.

VERS. 24.---¿Por qué escondes tu faz, y me consideras tu enemigo?

59. Del temor penal se ha de volver al amor.---El género humano tuvo la contemplación de la luz íntima en el paraíso; pero agradándose a sí mismo, cuanto más retrocedió de sí, perdió la luz del Creador, y su faz; huyó a los árboles del paraíso, porque después de la culpa temía ver a quien solía amar. Pero he aquí que después de la culpa viene a la pena, de la pena en cambio vuelve al amor, porque encuentra cuál haya sido el fruto de la culpa; y aquella faz que temió en la culpa, excitado la busca desde la pena, para huir ya de la calígine de su ceguera, y para horrorizarse grandemente de esto mismo, de que no ve a su Creador. Compungido por el cual deseo, el santo varón clama: ¿Por qué escondes tu faz, y me consideras tu enemigo? porque si me miraras como a amigo, no me privarías de la luz de tu visión. El cual siguiendo también la movilidad del corazón humano añade:

CAPÍTULO XLIV.

VERS. 25.---¿Contra una hoja, que es arrebatada por el viento, muestras tu potencia, y persigues una estipula seca?

60. Homo quasi folium et stipula, tentationis vento movetur.---Quid est enim homo, nisi folium, qui videlicet in paradiso ab arbore cecidit? Quid est nisi folium, qui tentationis vento rapitur, et desideriorum flatibus levatur? [Vet. XXIV.] Mens quippe humana quot tentationes patitur, quasi tot flatibus movetur. Hanc enim plerumque ira perturbat; cum recedit ira, succedit inepta laetitia. Luxuriae stimulis urgetur, aestu avaritiae longe lateque ad ambienda quae terrena sunt tenditur. Aliquando hanc superbia elevat; aliquando vero inordinatus timor in infimis deponit. Quia ergo tot tentationum flatibus elevatur et ducitur, recte folio homo comparatur. Unde bene quoque per Isaiam dicitur: Cecidimus quasi folium universi, et iniquitates nostrae quasi ventus abstulerunt nos (Isai. LXIV, 6). Quasi ventus quippe nos iniquitas abstulit, quia nullo fixos virtutis pondere in vanam elationem levavit. Bene autem post folium etiam stipula appellatur homo. Qui enim arbor fuit in conditione, folium a semetipso factus est in tentatione, sed post stipula apparuit in dejectione. Quia enim de alto cecidit, folium; quia vero per carnem terrae proximus fuit, etiam cum stare videbatur, stipula esse memoratur. Sed quia viriditatem intimi amoris perdidit, jam stipula sicca est. Consideret itaque vir sanctus, et homo quantae vilitatis sit, et Deus quantae districtionis, et dicat: Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, et stipulam siccam persequeris? Ac si aperte deploret, dicens: Cur tanta rectitudine impetis eum quem sic infirmum esse in tentatione cognoscis? Sequitur:

Caput XLV.

[Rec. XXIII].

VERS. 26.---Scribis enim contra me amaritudines.

61. Scripta de morte hominis peccatoris sententia mutari non potest.---Quia omne quod loquimur transit, quod vero scribimus manet, Deus non loqui, sed scribere amaritudines dicitur, cum diu super nos ejus flagella perdurant. Semel quippe peccanti homini dictum est: Terra es, et in terram ibis (Genes. III, 19). Et saepe apparentes angeli hominibus praecepta dederunt. Moyses legislator per districtionem peccata coercuit. Ipse Unigenitus summi Patris ad nos redimendos venit, moriendo mortem absorbuit; vitam perpetuam denuntiavit nobis, quam ostendit in se.

60. El hombre como hoja y estipula, es movido por el viento de la tentación.---¿Qué es, pues, el hombre, sino una hoja, que ciertamente en el paraíso cayó del árbol? ¿Qué es sino una hoja, que es arrebatada por el viento de la tentación, y es levantada por los soplos de los deseos? [Vet. XXIV.] Pues cuantas tentaciones padece la mente humana, por tantos soplos es movida. Pues a esta frecuentemente la perturba la ira; cuando se retira la ira, sucede una alegría inepta. Es urgida por los estímulos de la lujuria, por el ardor de la avaricia se extiende a lo largo y a lo ancho para ambicionar las cosas que son terrenas. A veces la soberbia la eleva; a veces en cambio el temor desordenado la depone en lo más bajo. Porque, por tanto, por tantos soplos de tentaciones es elevada y llevada, rectamente el hombre es comparado a la hoja. De donde bien también se dice por Isaías: Todos caímos como hoja, y nuestras iniquidades como viento nos llevaron (Isa. LXIV, 6). Pues la iniquidad nos llevó como viento, porque nos levantó a una vana elación, no estando fijos por ningún peso de virtud. Bien, en cambio, después de hoja también es llamado el hombre estipula. Pues el que fue árbol en la condición, se hizo hoja por sí mismo en la tentación, pero después apareció estipula en la deyección. Porque como cayó de lo alto, hoja; porque en cambio por la carne estuvo próximo a la tierra, incluso cuando parecía estar de pie, se recuerda que es estipula. Pero porque perdió el verdor del amor íntimo, ya es estipula seca. Considere, pues, el varón santo, tanto el hombre de cuánta vileza sea, como Dios de cuánto rigor, y diga: ¿Contra una hoja, que es arrebatada por el viento, muestras tu potencia, y persigues una estipula seca? Como si abiertamente deplorara, diciendo: ¿Por qué con tanta rectitud acometes a quien conoces que es tan débil en la tentación? Sigue:

Capítulo XLV.

[Rec. XXIII].

VERS. 26.---Pues escribes contra mí amarguras.

61. La sentencia escrita sobre la muerte del hombre pecador no puede ser cambiada.---Porque todo lo que hablamos pasa, lo que en cambio escribimos permanece, Dios es dicho no hablar, sino escribir amarguras, cuando sus azotes perduran largo tiempo sobre nosotros. Pues una vez al hombre pecador se le dijo: Tierra eres, y a la tierra irás (Gén. III, 19). Y frecuentemente ángeles apareciendo dieron preceptos a los hombres. Moisés el legislador por el rigor cohibió los pecados. El mismo Unigénito del sumo Padre vino a redimirnos, muriendo absorbió la muerte; nos anunció la vida perpetua, la cual mostró en sí mismo.

Sed tamen illa quae in paradiso data est de morte carnis nostrae sententia ab ipso initio generis humani usque ad finem saeculi non mutatur. Quis est enim homo qui vivit, et non videbit mortem (Psal. LXXXVIII, 49)? Quod bene rursum Psalmista intuens ait: Tu terribilis es, et quis resistet tibi? ex tunc ira tua (Psal. LXXV, 8). Qui videlicet peccanti in paradiso homini iratus semel de mortalitate carnis nostrae sententiam fixit, quae nunc et usque ad ultimum mutari nullo modo valebit. Dicat ergo: Scribis contra me amaritudines. Unde adhuc subditur:

Caput XLVI.

[Vet. XXV, Rec. XXIV].

IBID.---Et consumere me vis peccatis adolescentiae meae.

62. Sicut corporis, ita mentis aetates sunt variae.---Ecce vir justus, quia in juventute sua se peccasse non invenit, adolescentiae facta pertimescit. Sed sciendum est quia sicut in corpore, ita sunt etiam incrementa aetatis in mente. Prima quippe hominis aetas infantia est, cum etsi innocenter vivit, nescit tamen fari innocentiam quam habet. Ac deinde pueritia sequitur, in qua jam valet dicere quod vult; cui succedit adolescentia, quae videlicet prima est aetas in operatione; quam juventus sequitur, scilicet apta fortitudini; ac postmodum senectus, etiam per tempus jam congrua maturitati. Quia igitur primam aetatem aptam bonis actibus adolescentiam diximus, et justi viri, cum in magna mentis maturitate proficiunt, nonnunquam ad memoriam actionum suarum initium reducunt, seque tantum de suis primordiis reprehendunt, quantum ex gravitate mentis altius profecerunt, quia eo indiscretos se fuisse inveniunt, quo discretionis arcem postmodum plenius consequuntur, recte nunc per sancti viri vocem adolescentiae peccata formidantur. Quod si ad ipsam litteram est tenendum, hinc considerandum est quantum sint gravia peccata juvenum et senum, si et illud sic justi metuunt quod in infirma aetate deliquerunt. Sequitur:

Caput XLVII

[Rec. XXV].

VERS. 27.---Posuisti in nervo pedem meum, et observasti omnes semitas meas, et vestigia pedum meorum considerasti.

Pero sin embargo aquella sentencia que fue dada en el paraíso sobre la muerte de nuestra carne desde el principio mismo del género humano hasta el fin del siglo no se cambia. ¿Pues quién es el hombre que vive, y no verá la muerte? (Sal. LXXXVIII, 49). Lo cual bien de nuevo mirando el Salmista dice: Tú eres terrible, ¿y quién te resistirá? desde entonces tu ira (Sal. LXXV, 8). Quien ciertamente airado con el hombre pecador en el paraíso fijó una vez la sentencia sobre la mortalidad de nuestra carne, la cual ahora e incluso hasta lo último de ningún modo podrá cambiarse. Diga, pues: Escribes contra mí amarguras. De donde todavía se añade:

Capítulo XLVI.

[Vet. XXV, Rec. XXIV].

IBÍD.---Y quieres consumirme con los pecados de mi adolescencia.

62. Así como hay diversas edades del cuerpo, así también de la mente.---He aquí que el varón justo, porque no encuentra que haya pecado en su juventud, teme los hechos de su adolescencia. Pero debe saberse que así como en el cuerpo, así hay también incrementos de edad en la mente. Pues la primera edad del hombre es la infancia, cuando aunque vive inocentemente, no sabe sin embargo expresar la inocencia que tiene. Y después sigue la puericia, en la cual ya puede decir lo que quiere; a la cual sucede la adolescencia, que es ciertamente la primera edad en la operación; a la cual sigue la juventud, a saber, apta para la fortaleza; y después la vejez, ya también por el tiempo congruente con la madurez. Puesto que, por tanto, dijimos que la primera edad apta para los buenos actos es la adolescencia, y los varones justos, cuando aprovechan en gran madurez de mente, a veces reducen a la memoria el inicio de sus acciones, y se reprenden a sí mismos de sus primordios tanto cuanto han aprovechado más profundamente por la gravedad de su mente, porque se encuentran haber sido tanto más indiscretos cuanto más plenamente alcanzan después el alcázar de la discreción, rectamente ahora por la voz del santo varón se temen los pecados de la adolescencia. Que si ha de mantenerse según la letra misma, de aquí debe considerarse cuán graves son los pecados de los jóvenes y de los ancianos, si incluso aquello que delinquieron en una edad enferma los justos así lo temen. Sigue:

Capítulo XLVII

[Rec. XXV].

VERS. 27.---Pusiste en el cepo (nervo) mi pie, y observaste todas mis sendas, y consideraste las huellas de mis pies.

63. Divini judicii in puniendis etiam pravis cogitationibus, severitas.---In nervo Deus pedem hominis posuit, quia pravitatem illius forti districtionis suae sententia ligavit. Cujus omnes semitas observat, quia subtiliter singula ejus quaeque dijudicat. Semita etenim angustior solet esse quam via. Quia autem vias actiones, non immerito semitas ipsas actionum cogitationes accipimus. Deus itaque omnes semitas observat, quia in singulis quibusque nostris actibus etiam cogitationes pensat. Et vestigia pedum considerat, quia intentiones nostrorum operum quam recte ponantur examinat, ne et hoc quod bonum agitur non recto desiderio agatur. Possunt quoque per pedum vestigia quaedam male acta signari. Nam pes in corpore est vestigium in via. Plerumque dum quaedam prava agimus, intuentibus hoc fratribus, exemplum malum praebemus; et, quasi inflexo extra viam pede, sequentibus vestigia distorta relinquimus, dum per nostra opera ad scandalum aliena corda provocamus. Valde autem laboriosum est custodire ne mala homo facere audeat, ne in bonis actibus per intentionem titubet, et inter recta opera sinistra eum cogitatio illudat. Quae tamen cuncta omnipotens Deus subtiliter examinat, atque in judicio singula repensat. Sed quando homo, qui carnis suae infirmitate constringitur, contra cuncta valeat subtiliter assurgere, atque inconcussa cogitatione rectitudinem tenere? Unde apte subditur:

CAPUT XLVIII.

VERS. 28.---Qui quasi putredo consumendus sum, et quasi vestimentum quod comeditur a tinea.

64. Homo putredine sibi innata consumitur.---Sicut enim vestimentum a tinea de se exorta comeditur, ita homo in semetipso habet putredinem, de qua consumatur; atque hoc est quod est unde consumatur ut non sit. Quod intelligi et aliter potest, si ex voce tentati hominis dicitur: Qui quasi putredo consumendus sum, et quasi vestimentum quod comeditur a tinea. Homo enim quasi putredo consumitur, dum carnis suae corruptione conteritur. Cui quia immunda tentatio non aliunde, sed a semetipso nascitur, more tineae carnem tentatio, quasi vestem de qua exit, consumit.

63. La severidad del juicio divino al castigar incluso los pensamientos malvados.---En el cepo Dios puso el pie del hombre, porque ligó la perversidad de aquel con la fuerte sentencia de su rigor (districtio). Cuyas sendas todas observa, porque sutilmente juzga cada una de sus cosas. Pues la senda suele ser más estrecha que el camino. Pero como por los caminos entendemos las acciones, no inmerecidamente recibimos las sendas mismas como los pensamientos de las acciones. Dios, pues, observa todas las sendas, porque en cada uno de nuestros actos también pondera los pensamientos. Y considera las huellas de los pies, porque examina cuán rectamente se ponen las intenciones de nuestras obras, para que ni siquiera esto que se hace bueno se hace con un deseo no recto. También pueden significarse por las huellas de los pies ciertos actos mal hechos. Pues el pie en el cuerpo es la huella en el camino. Frecuentemente mientras hacemos ciertas cosas perversas, a los hermanos que miran esto, les ofrecemos un mal ejemplo; y, como con el pie torcido fuera del camino, dejamos huellas distorsionadas a los que siguen, mientras por nuestras obras provocamos a escándalo los corazones ajenos. Pero es muy laborioso custodiar que el hombre no se atreva a hacer cosas malas, que en los buenos actos no titubee por la intención, y entre las obras rectas no le ilusione un pensamiento siniestro. Todas estas cosas, sin embargo, el Dios omnipotente las examina sutilmente, y en el juicio recompensa cada una. Pero, ¿cuándo podrá el hombre, que está constreñido por la flaqueza de su carne, levantarse sutilmente contra todo, y mantener la rectitud con un pensamiento inconmovible? De donde aptamente se añade:

CAPÍTULO XLVIII.

VERS. 28.---Yo que he de ser consumido como podredumbre, y como vestido que es comido por la polilla.

64. El hombre es consumido por la podredumbre innata en sí mismo.---Pues así como el vestido es comido por la polilla nacida de sí mismo, así el hombre tiene en sí mismo la podredumbre, por la cual sea consumido; y esto es lo que es de donde sea consumido para que no sea. Lo cual puede entenderse también de otro modo, si se dice por la voz del hombre tentado: Yo que he de ser consumido como podredumbre, y como vestido que es comido por la polilla. Pues el hombre es consumido como podredumbre, mientras es desgastado por la corrupción de su carne. A quien, porque la tentación inmunda no le nace de otra parte, sino de sí mismo, a modo de polilla la tentación consume la carne, como el vestido de donde sale.

In semetipso quippe habet homo unde tentetur. Quasi ergo tinea vestem consumit, quae ex veste eadem processit. Sciendum quoque quod tinea sine sonitu perforat vestimentum; et plerumque cogitatio ita transfigit mentem, ut mens ipsa non sentiat, nisi postquam fuerit ejus aculeo transfixa. Bene ergo dicitur, quod homo tanquam vestimentum a tinea consumitur, quia nonnunquam tentationum nostrarum vulnera non cognoscimus, nisi postquam ab eis confossi in mente fuerimus. Quam videlicet infirmitatem nostram bene adhuc sanctus vir considerans, adjungit:

Caput XLIX

[Vet. et Rec. XXVI].

CAP. XIV, VERS. 1.---Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis.

65. Homo natus ex infirmitate, quia de muliere ortus.---In sacro eloquio mulier aut pro sexu ponitur, aut pro infirmitate. Pro sexu quippe sicut scriptum est: Misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege (Gal. IV, 4). Pro infirmitate vero, sicut per quemdam sapientem dicitur: Melior est iniquitas viri, quam benefaciens mulier (Eccli. XLII, 14). Vir etenim fortis quilibet et discretus vocatur, mulier vero mens infirma vel indiscreta accipitur. Et saepe contingit ut etiam discretus quisque subito labatur in culpam, atque indiscretus alius et infirmus bonam exhibeat operationem. Sed is qui indiscretus atque infirmus est nonnunquam de eo quod bene egerit amplius elevatur, atque gravius in culpam cadit; discretus vero quisque etiam ex eo quod male se egisse intelligit, ad districtionis regulam arctius se reducit; et inde altius ad justitiam proficit, unde ad tempus a justitia cecidisse videbatur. Qua in re recte dicitur: Melior est iniquitas viri, quam benefaciens mulier, quia nonnunquam etiam culpa fortium occasio virtutis fit, et virtus infirmorum occasio peccati. Hoc igitur loco mulieris nomine quid nisi infirmitas designatur, cum dicitur: Homo natus de muliere? Ac si apertius dicatur: Quid in se habebit fortitudinis, qui natus est ex infirmitate?

66. Angustatur ad vitam, dilatatur ad miseriam.---Brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. Ecce viri sancti vocibus poena hominis breviter est expressa, quia et angustatur ad vitam, et dilatatur ad miseriam. Si enim subtiliter consideretur omne quod hic agitur, poena et miseria est. Ipsi etenim corruptioni carnis servire ad necessaria atque concessa miseria est, ut contra frigus vestimenta, contra famem alimenta, contra aestum frigora requirantur.

Pues en sí mismo tiene el hombre de donde sea tentado. Como, pues, la polilla consume el vestido, la cual procedió del mismo vestido. Debe saberse también que la polilla perfora el vestido sin sonido; y frecuentemente el pensamiento de tal modo traspasa la mente, que la mente misma no lo siente, sino después que ha sido traspasada por su aguijón. Bien, pues, se dice que el hombre es consumido como un vestido por la polilla, porque a veces no conocemos las heridas de nuestras tentaciones, sino después que hayamos sido atravesados por ellas en la mente. Cuaya flaqueza nuestra, ciertamente, considerando todavía bien el santo varón, añade:

Capítulo XLIX

[Vet. et Rec. XXVI].

CAP. XIV, VERS. 1.---El hombre nacido de mujer, viviendo por breve tiempo, se llena de muchas miserias.

65. El hombre nacido de la flaqueza, porque nació de mujer.---En la sagrada elocuencia (sacro eloquio) la mujer se pone o por el sexo, o por la flaqueza (infirmitate). Por el sexo ciertamente, como está escrito: Envió Dios a su Hijo, hecho de mujer, hecho bajo la ley (Gál. IV, 4). Por la flaqueza en cambio, como se dice por cierto sabio: Mejor es la iniquidad del varón, que la mujer que hace bien (Ecli. XLII, 14). Pues cualquier varón fuerte y discreto es llamado varón (vir), en cambio la mente flaca o indiscreta se recibe como mujer (mulier). Y a menudo sucede que incluso cualquier discreto cae súbitamente en culpa, y otro indiscreto y flaco exhibe una buena obra. Pero aquel que es indiscreto y flaco a veces se eleva más por aquello que ha obrado bien, y cae más gravemente en culpa; en cambio cada discreto, incluso de aquello que entiende haber obrado mal, se reduce más estrechamente a la regla del rigor; y de ahí aprovecha más profundamente para la justicia, de donde por un tiempo parecía haber caído de la justicia. En lo cual rectamente se dice: Mejor es la iniquidad del varón, que la mujer que hace bien, porque a veces incluso la culpa de los fuertes se hace ocasión de virtud, y la virtud de los flacos ocasión de pecado. En este lugar, pues, ¿qué se designa con el nombre de mujer sino la flaqueza, cuando se dice: El hombre nacido de mujer? Como si se dijera más claramente: ¿Qué tendrá en sí de fortaleza, el que ha nacido de la flaqueza?

66. Se estrecha para la vida, se dilata para la miseria.---Viviendo por breve tiempo, se llena de muchas miserias. He aquí que en las voces del varón santo la pena del hombre está brevemente expresada, porque tanto se estrecha para la vida, como se dilata para la miseria. Pues si se considera sutilmente todo lo que aquí se hace, es pena y miseria. Pues servir a la misma corrupción de la carne para las cosas necesarias y concedidas es miseria, como que contra el frío se busquen vestidos, contra el hambre alimentos, contra el calor frescuras.

Quod multa cautela custoditur salus corporis; quod etiam custodita amittitur, amissa cum gravi labore reparatur, et tamen reparata in dubio semper est; quid hoc aliud quam mortalis vitae miseria est? Quod amamus amicos, suspecti ne offendi valeant; formidamus inimicos, atque securi de eis non sumus utique quos formidamus; quod plerumque inimicis sic confidenter quasi amicis loquimur, et nonnunquam pura verba proximorum, et multum nos fortasse diligentium, quasi verba suscipimus inimicorum, et qui falli nunquam vel fallere volumus, ex cautela nostra gravius erramus; quid itaque hoc nisi humanae vitae miseria est? Quod, amissa coelesti patria, repulsus homo delectatur exsilio, gravatur curis, et tamen cogitare dissimulat quam grave sit quia multa cogitantur; quod privatus est interno lumine, et tamen in hac vita diu vult perpeti caecitatem suam; quid hoc aliud quam de poena nostra nata miseria est? Sed quamvis diu hic stare desideret, ipso tamen cursu mortalis vitae impellitur ut egrediatur. Unde vir sanctus recte subjungit:

Caput L

[Vet. XXVII].

VERS. 2.---Qui quasi flos egreditur et conteritur, et fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet.

67. Mundus tot floribus brevi siccandis repletur, quot nominibus.---Quasi flos etenim egreditur, quia nitet in carne; sed conteritur, quia redigitur in putredinem. Quid enim sunt nati homines in mundo, nisi quidam flores in campo? Tendamus oculos cordis in hanc latitudinem mundi praesentis, et ecce quasi tot floribus quot hominibus plenus est. Vita itaque in carne, flos in feno est. Unde bene per Psalmistam dicitur: Homo, sicut fenum dies ejus; et sicut flos agri, ita florebit (Psal. CII, 15). Isaias quoque ait: Omnis caro fenum, et omnis gloria ejus sicut flos agri (Isa. XL, 6). Homo etenim more floris procedit ex occulto, et subito apparet in publico, qui statim ex publico per mortem retrahitur ad occultum. Carnis nos viriditas ostendit, sed ariditas pulveris ab aspectibus retrahit. Quasi flos apparuimus, qui non eramus; quasi flos arescimus, qui temporaliter apparebamus.

Que con mucha cautela se custodie la salud del cuerpo; que incluso custodiada se pierda, perdida con grave trabajo se repare, y sin embargo reparada está siempre en duda; ¿qué es esto sino miseria de la vida mortal? Que amamos a los amigos, sospechosos de que puedan ser ofendidos; tememos a los enemigos, y ciertamente no estamos seguros de aquellos a quienes tememos; que frecuentemente hablamos a los enemigos tan confiadamente como a los amigos, y a veces las palabras puras de los prójimos, y que tal vez mucho nos aman, las recibimos como palabras de enemigos, y los que nunca queremos ser engañados ni engañar, por nuestra cautela erramos más gravemente; ¿qué es, pues, esto sino miseria de la vida humana? Que, perdida la patria celestial, el hombre rechazado se deleita en el exilio, es gravado por las preocupaciones, y sin embargo disimula pensar cuán grave es que se piensen muchas cosas; que está privado de la luz interna, y sin embargo en esta vida quiere padecer mucho tiempo su ceguera; ¿qué es esto sino miseria nacida de nuestra pena? Pero aunque desee estar aquí mucho tiempo, sin embargo es impulsado por el curso mismo de la vida mortal para que salga. De donde el varón santo rectamente añade:

Capítulo L

[Vet. XXVII].

VERS. 2.---Que sale como una flor y es quebrantado, y huye como una sombra, y nunca permanece en el mismo estado.

67. El mundo se llena de tantas flores que pronto se han de secar, cuantos son los nombres.---Pues sale como una flor, porque brilla en la carne; pero es quebrantado, porque es reducido a la podredumbre. ¿Pues qué son los hombres nacidos en el mundo, sino ciertas flores en el campo? Tendamos los ojos del corazón a esta latitud del mundo presente, y he aquí que está lleno de tantas flores cuantos son los hombres. La vida, pues, en la carne, es flor en el heno. De donde bien se dice por el Salmista: El hombre, como el heno son sus días; y como flor del campo, así florecerá (Sal. CII, 15). Isaías también dice: Toda carne es heno, y toda su gloria como flor del campo (Is. XL, 6). Pues el hombre, a modo de flor, procede de lo oculto, y súbitamente aparece en público, quien inmediatamente desde lo público, por la muerte, es retirado a lo oculto. El verdor de la carne nos muestra, pero la aridez del polvo nos retira de la vista. Como flor aparecimos, los que no éramos; como flor nos secamos, los que temporalmente aparecábamos.

68. Homo singulis vitae momentis ad mortem pergit. Inde deficit unde proficit.--- Et quia per momenta homo quotidie compellitur ad mortem, recte adjungitur: Et fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet. Sed cum sol quoque indesinenter cursum suum peragat, et nunquam se in stabilitate figat; cur cursus vitae hominis umbrae potius quam soli comparatur, nisi quia, amisso amore conditoris, calorem cordis perdidit, et in solo iniquitatis suae frigore remansit? Quia juxta Veritatis vocem: Abundabit iniquitas, et refrigescet charitas multorum (Matth. XXIV, 12). Qui igitur in amore Dei cordis calorem non habet, nec tamen vitam quam diligit tenet, scilicet velut umbra fugit. Unde recte quoque de illo scriptum est: Quia secutus est umbram (Eccli. XXXIV). Bene autem dicitur: Et nunquam in eodem statu permanet, quia dum infantia ad pueritiam, pueritia ad adolescentiam, adolescentia ad juventutem, juventus ad senectutem, senectus transit ad mortem, in cursu vitae praesentis ipsis suis augmentis ad detrimenta impellitur; et inde semper deficit, unde se proficere in spatium vitae credit. Fixum etenim statum hic habere non possumus, ubi transituri venimus: atque hoc ipsum nostrum vivere, quotidie a vita transire est. Quem videlicet lapsum primus homo ante culpam habere non potuit, quia tempora, eo stante, transibant. Sed postquam deliquit, in quodam se quasi lubrico temporalitatis posuit; et quia cibum comedit vetitum, status sui protinus invenit defectum. Quam tamen mutabilitatem non solum exterius, sed interius quoque homo patitur, dum ad meliora opera exsurgere conatur. Mens etenim mutabilitatis suae pondere ad aliud semper impellitur quam est, et nisi in statu suo arcta custodiae disciplina teneatur, semper in deteriora dilabitur. Quae enim semper stantem deseruit, statum quem habere potuit amisit. Unde nunc cum ad meliora nititur, quasi contra ictum fluminis conatur. Cum vero ab intentione ascendendi resolvitur, sine labore ad ima reducitur. Quia enim in ascensu labor est, in descensu otium, intraturos per angustam portam Dominus admonet, dicens: Contendite intrare per angustam portam (Luc. XIII, 24). Dicturus quippe angustae portae introitum, praemisit, contendite, quia nisi mentis contentio ferveat, unda mundi non vincitur, per quam anima semper ad ima revocatur. Quia igitur homo velut flos nascitur et conteritur, quia sicut umbra fugit, atque in statu suo nunquam permanet, quid in hac consideratione subjungat audiamus. Sequitur:

CAPUT LI.

68. El hombre en cada momento de la vida camina hacia la muerte. De donde desfallece, de allí mismo aprovecha.---Y porque por momentos el hombre es diariamente impulsado a la muerte, rectamente se añade: Y huye como una sombra, y nunca permanece en el mismo estado. Pero cuando el sol también realiza incesantemente su curso, y nunca se fija en la estabilidad; ¿por qué el curso de la vida del hombre se compara a la sombra más que al sol, sino porque, habiendo perdido el amor del Creador, perdió el calor del corazón, y permaneció solo en el frío de su iniquidad? Porque según la voz de la Verdad: Abundará la iniquidad, y se enfriará la caridad de muchos (Mat. XXIV, 12). El que, por tanto, en el amor de Dios no tiene el calor del corazón, ni sin embargo retiene la vida que ama, ciertamente huye como sombra. De donde rectamente también de él está escrito: Porque ha seguido a la sombra (Ecli. XXXIV). Bien, pues, se dice: Y nunca permanece en el mismo estado, porque mientras la infancia pasa a la puericia, la puericia a la adolescencia, la adolescencia a la juventud, la juventud a la vejez, la vejez pasa a la muerte, en el curso de la vida presente, por sus mismos incrementos es impulsado a los detrimentos; y de allí siempre desfallece, de donde cree aprovechar en el espacio de la vida. Pues no podemos tener aquí un estado fijo, donde vinimos para pasar: y este mismo vivir nuestro, es diariamente pasar de la vida. Cuya caída (lapsus), ciertamente, el primer hombre antes de la culpa no pudo tener, porque los tiempos, estando él de pie, pasaban. Pero después que delinquió, se puso en algo así como un resbaladero de la temporalidad; y porque comió el alimento prohibido, al instante encontró el defecto de su estado. Cuya mutabilidad, sin embargo, no solo exteriormente, sino interiormente también padece el hombre, mientras intenta levantarse a mejores obras. Pues la mente, por el peso de su mutabilidad, es siempre impulsada a otra cosa de lo que es, y si no se mantiene en su estado por la estrecha disciplina de la custodia, siempre se desliza hacia lo peor. Pues la que abandonó al que siempre estaba de pie, perdió el estado que pudo tener. De donde ahora, cuando se esfuerza por lo mejor, lucha como contra el golpe de un río. Pero cuando se relaja de la intención de ascender, sin trabajo es reducida a lo más bajo. Porque puesto que en el ascenso hay trabajo, y en el descenso ocio, el Señor amonesta a los que han de entrar por la puerta estrecha, diciendo: Esforzaos por entrar por la puerta estrecha (Luc. XIII, 24). Ciertamente, para decir la entrada de la puerta estrecha, antepuso: esforzaos, porque si no hierve la contención de la mente, no se vence la ola del mundo, por la cual el alma es siempre revocada a lo más bajo. Puesto que, por tanto, el hombre nace como flor y es quebrantado, porque huye como sombra, y en su estado nunca permanece, oigamos qué añade en esta consideración. Sigue:

CAPÍTULO LI.

VERS. 3.---Et dignum ducis super hujuscemodi aperire oculos tuos, et adducere eum tecum in judicium?

69. Duo extrema nomo et creator, pulvis et Deus.---Consideravit quippe superius et omnipotentis Dei potentiam, et infirmitatem suam; deduxit ante oculos se et Deum, pensavit quis cum quo ad judicium veniat. Vidit hinc hominem, inde conditorem, id est pulverem, et Deum; et recte ait: Et dignum ducis super hujuscemodi aperire oculos tuos? Omnipotenti Deo oculos aperire est judicia exercere, quem feriat videre. Nam quasi clausis oculis non vult aspicere quem non vult ferire. Unde mox de ipso quoque judicio adjungitur: Et adducere eum tecum in judicium? Sed quia contemplatus est ad judicium venientem Deum, rursum considerat infirmitatem suam. Videt quia mundus per semetipsum esse non possit, qui ut esse possit, de immunditia processit, atque subjungit:

CAPUT LII.

VERS. 4.---Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu, qui solus es?

70. Homo propter vitiatam originem immunda patitur etiam nolens.---Is qui per se solus est mundus mundare praevalet immunda. Homo enim in corruptibili carne vivens habet tentationum immunditias impressas in semetipso, quia nimirum eas traxit ab origine. Ipsa quippe propter delectationem carnis ejus conceptio immunditia est. Unde et Psalmista ait: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in delictis peperit me mater mea (Psal. L, 7). Hinc est ergo quod plerumque tentatur et nolens. Hinc est quod immunda quaedam in mente patitur, quamvis ex judicio reluctetur, quia conceptus de immunditia, dum ad munditiam tendit, hoc conatur vincere quod est. Quisquis autem occultae tentationis motus atque immunditiam cogitationis evicerit, nequaquam sibi suam munditiam tribuat, quia de immundo conceptum semine nullus facere mundum potest, nisi is qui mundus per semetipsum solus est. Qui ergo jam ad locum munditiae mente pervenit, conceptionis suae viam respiciat, per quam venit, atque inde colligat quia ex sua virtute non habet munditiam vivendi, cui de immunditia factum est initium subsistendi. Potest vero hoc in loco intelligi, quia beatus Job incarnationem Redemptoris intuitus, solum vidit in mundo hominem de immundo semine non esse conceptum, qui sic in mundum venit ex Virgine, ut nihil haberet de immunda conceptione. Neque enim ex viro et femina, sed ex sancto Spiritu et Maria virgine processit. Solus ergo in carne sua vere mundus exstitit, qui delectatione carnis tangi non potuit, quia nec per carnalem huc delectationem venit.

VERS. 3.---¿Y crees digno abrir tus ojos sobre uno de esta clase, y traerlo contigo a juicio?

69. Dos extremos: el hombre y el Creador, el polvo y Dios.---Consideró ciertamente arriba tanto la potencia del Dios omnipotente, como su propia flaqueza; puso ante sus ojos a sí mismo y a Dios, ponderó quién viene con quién a juicio. Vio de un lado al hombre, de otro al Creador, esto es, al polvo y a Dios; y rectamente dice: ¿Y crees digno abrir tus ojos sobre uno de esta clase? Abrir los ojos para el Dios omnipotente es ejercer juicios, ver a quién herir. Pues como con los ojos cerrados no quiere mirar a quien no quiere herir. De donde pronto sobre el mismo juicio se añade: ¿Y traerlo contigo a juicio? Pero porque ha contemplado a Dios viniendo a juicio, de nuevo considera su flaqueza. Ve que el mundo por sí mismo no puede ser, el cual para que pudiera ser, procedió de la inmundicia, y añade:

CAPÍTULO LII.

VERS. 4.---¿Quién puede hacer limpio lo concebido de semilla inmunda? ¿No eres tú, que eres el único?

70. El hombre, a causa de su origen viciado, padece cosas inmundas incluso sin quererlo.---Aquel que por sí mismo es el único limpio, puede limpiar lo inmundo. Pues el hombre que vive en carne corruptible tiene inmundicias de tentaciones impresas en sí mismo, porque sin duda las arrastró desde su origen. Pues su misma concepción, a causa del deleite de la carne, es inmundicia. De donde también el Salmista dice: Pues he aquí que en iniquidades fui concebido, y en pecados me concibió mi madre (Sal. L, 7). De aquí es, pues, que frecuentemente es tentado incluso sin quererlo. De aquí es que padece ciertas cosas inmundas en la mente, aunque por juicio se resista, porque concebido de la inmundicia, mientras tiende a la limpieza, intenta vencer esto que es. Pero quienquiera que venza los movimientos de la tentación oculta y la inmundicia del pensamiento, de ningún modo se atribuya a sí mismo su limpieza, porque nadie puede hacer limpio lo concebido de semilla inmunda, sino aquel que por sí mismo es el único limpio. El que, por tanto, ya llegó con la mente al lugar de la limpieza, mire atrás el camino de su concepción, por el cual vino, y de ahí colija que no tiene por su virtud la limpieza del vivir, a quien se le dio un inicio de subsistir desde la inmundicia. Pero puede esto en este lugar entenderse, porque el bienaventurado Job, habiendo intuido la encarnación del Redentor, vio que solo Él en el mundo no fue concebido de semilla inmunda, el cual así vino al mundo de la Virgen, que nada tuvo de la concepción inmunda. Pues no procedió de varón y mujer, sino del Espíritu Santo y de la virgen María. Él solo, pues, en su carne existió verdaderamente limpio, quien no pudo ser tocado por el deleite de la carne, porque tampoco vino aquí por el deleite carnal.

Liber D

UODECIMUS.

In quo, exposito capite XIV libri Job, a versu quinto, caput XV ex integro plerumque moraliter explicatur.

[Vet. et Rec. I.] Mos justorum est tanto sollicitius praesentem vitam quam sit fugitiva cogitare, quanto studiosius noverint coelestis patriae bona aeterna perpendere. Ex his enim quae manentia intus aspiciunt, foris fugam rerum labentium subtilius attendunt. Unde beatus Job, cum de lapsu humani temporis sententiam protulisset, dicens: Homo natus de muliere, brevi vivens tempore. Et rursum: Et fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet, adhuc de brevitate vitae ejus adjungit:

CAPUT PRIMUM.

CAP. XIV, VERS. 5.---Breves dies hominis sunt, numerus mensium ejus apud te est.

1. Quod tanta velocitate transcurrit velut non est.---Hoc etenim apud nos velut non esse considerat, quod tanta velocitate transcurrit. Quia vero apud omnipotentem Deum etiam labentia stant, apud eum esse numerum nostrorum mensium perhibet. Vel certe in diebus brevitas temporis, in mensibus vero quasi multiplicata dierum spatia designantur. Nobis ergo breves dies sunt. Sed quia vita nostra post tenditur, apud Deum numerus nostrorum mensium esse memoratur. Unde et per Salomonem dicitur: Longitudo dierum in dextera ejus. Sequitur:

Caput II

[Rec. II].

IBID.---Constituisti terminos ejus, qui praeteriri non poterunt.

Libro D

UODÉCIMO.

En el cual, expuesto el capítulo XIV del libro de Job desde el verso quinto, el capítulo XV se explica en su integridad mayormente de forma moral.

[Vet. et Rec. I.] Es costumbre de los justos pensar tanto más solícitamente cuán fugitiva es la vida presente, cuanto más estudiosamente supieren ponderar los bienes eternos de la patria celestial (coelestis patriae). Pues de estas cosas que ven como permanecientes dentro, atienden más sutilmente fuera a la fuga de las cosas que caen. De donde el bienaventurado Job, habiendo proferido una sentencia sobre el lapso del tiempo humano, diciendo: El hombre nacido de mujer, viviendo por breve tiempo. Y de nuevo: Y huye como una sombra, y nunca permanece en el mismo estado, todavía añade sobre la brevedad de su vida:

CAPÍTULO PRIMERO.

CAP. XIV, VERS. 5.---Breves son los días del hombre, el número de sus meses está en tu mano (apud te).

1. Lo que transcurre con tanta velocidad es como si no fuera.---Considera ciertamente como si no fuera entre nosotros aquello que transcurre con tanta velocidad. Pero porque ante el Dios omnipotente incluso las cosas que caen permanecen, afirma que el número de nuestros meses está ante Él. O ciertamente en los días se designa la brevedad del tiempo, pero en los meses los espacios de los días como multiplicados. Para nosotros, pues, los días son breves. Pero porque nuestra vida se extiende después, se menciona que el número de nuestros meses está ante Dios. De donde también se dice por Salomón: La largura de días está en su diestra. Sigue:

Capítulo II

[Rec. II].

IBÍD.---Pusiste sus términos (constituiti terminos ejus), los cuales no podrán ser traspasados.

2. Nulla fiunt hominibus sine Dei consilio, etsi occulto. Nulla quae in hoc mundo hominibus fiunt absque omnipotentis Dei occulto consilio veniunt. Nam cuncta Deus secutura praesciens, ante saecula decrevit qualiter per saecula disponantur. Statutum quippe jam homini est, vel quantum hunc mundi prosperitas sequatur, vel quantum adversitas feriat, ne electos ejus aut immoderata prosperitas elevet, aut nimia adversitas gravet. Statutum quoque est quantum in ipsa vita mortali temporaliter vivat. Nam etsi annos quindecim Ezechiae regi ad vitam addidit omnipotens Deus (IV Reg. XX, 1), cum eum mori permisit, tunc eum praescivit esse moriturum. Qua in re quaestio oritur, quomodo ei per prophetam dicatur: Dispone domui tuae, quia morieris tu, et non vives; cui cum mortis sententia dicta est, protinus ad ejus lacrymas est vita addita. Sed per prophetam Dominus dixit quo tempore mori ipse merebatur; per largitatem vero misericordiae illo eum tempore ad mortem distulit, quod ante saecula ipse praescivit. Nec propheta igitur fallax, quia tempus mortis innotuit, quo vir ille mori merebatur; nec dominica statuta convulsa sunt, quia ut ex largitate Dei anni vitae crescerent, hoc quoque ante saecula praefixum fuit; atque spatium vitae quod inopinate foris est additum, sine augmento praescientiae fuit intus statutum. Bene ergo dicitur: [Vet. II.] Constituisti terminos ejus, qui praeteriri non poterunt.

18. Responderemos a Dios que nos llama, cuando por su mandato resucitemos incorruptibles.---Se dice que respondemos a alguien cuando devolvemos obras congruentes a sus hechos. En aquella mudanza, pues, llama el Señor y responde el hombre, porque ante la claridad del Incorrupto, el hombre se muestra incorrupto después de la corrupción. Pues ahora, mientras estamos sujetos a la corrupción, de ninguna manera respondemos a nuestro Autor, porque mientras la corrupción está lejos de la incorrupción, no hay semejanza apta para nuestra respuesta. Pero de aquella mudanza está escrito: "Cuando apareciere, seremos semejantes a él, porque lo veremos tal cual es" (1 Juan III, 2). Entonces, pues, responderemos verdaderamente a Dios que nos llama, cuando al mandato de la suprema incorrupción surjamos incorruptibles. Y porque la criatura no puede percibir esto por sí misma, sino que se hace por el don del solo Dios omnipotente que sea mudada a tanta gloria de incorrupción, rectamente se subraya:

Capítulo XV

[Rec. XI].

IBÍD.---Alargaras tu diestra a la obra de tus manos.

19. Lo que el hombre no puede alcanzar por sí mismo.---Como si dijera claramente: Por eso tu criatura corruptible puede persistir hacia la incorrupción, porque es erigida por la mano de tu potestad, y por la gracia de tu mirada es sostenida para que persista. Pues la criatura humana, por el hecho mismo de ser criatura, tiene en sí misma el fluir hacia abajo de sí misma; pero de su Creador recibió el hombre que sea arrebatado sobre sí mismo por la contemplación (contemplatione), y sea mantenido en la incorrupción en sí mismo. Para que la criatura, pues, no fluya hacia abajo de sí misma, sino que persista en la incorrupción, es levantada al estado de inmutabilidad por la diestra de su Autor. También por el nombre de diestra puede ser designado el Hijo: porque "todas las cosas por él fueron hechas" (Juan I, 3). A la obra, pues, de sus manos alargó el Dios omnipotente su diestra, porque para erigir a lo más alto al género humano, abyecto y yacente en lo más bajo, envió para esto a su Unigénito encarnado. Por cuya encarnación se nos ha dado que nosotros, que por voluntad propia caímos en la corrupción, podamos alguna vez responder a Dios que nos llama a la gloria de la incorrupción. En lo cual, ¿quién podrá ponderar la largueza de la divina misericordia, que conduce a tanta gloria al hombre después de la culpa? Pondera Dios los males que hacemos, y sin embargo, por la gracia de su benignidad, los perdona misericordiosamente. Por lo cual también se añade:

Capítulo XVI

[Rec. XII].

VERS. 16.---Tú ciertamente has contado mis pasos, pero perdonas mis pecados.

20. Culpae nostrae, ne Deus eas puniat, poenitentia castigandae.---Gressus Deus dinumerat, cum singula quaeque nostra opera propter retributionem signat. Quid enim in gressibus, nisi unaquaeque nostra actio designatur? Omnipotens itaque Deus et gressus dinumerat, et peccatis parcit, quia et subtiliter acta nostra considerat, et tamen haec poenitentibus misericorditer relaxat. Qui et duritiam in peccantibus conspicit, sed tamen hanc, praeveniente gratia, ad poenitentiam emollit. Culpas ergo dinumerat, cum nos ipsos ad singula quae fecimus, deflenda convertit. Quas misericorditer relaxat, quia eas dum nos ipsi punimus, ipse nequaquam in extremo examine judicat, Paulo attestante, qui ait: Si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur (I Cor. XI, 31). Unde adhuc subditur:

Caput XVII

[Vet. XI].

VERS. 17.---Signasti quasi in sacculo delicta mea, sed curasti iniquitatem meam.

21. Peccata, nisi poenitentia diluantur, de sacculo secreti, exibunt ad publicum judicii.---Signantur quasi in sacculo delicta nostra, quia hoc quod nos exterius agimus, nisi poenitentia interveniente diluamus, in secreto judiciorum Dei sub quadam occultatione servatur, ut quandoque etiam de sacculo secreti exeat ad publicum judicii. Unde etiam per Moysen dicitur: Nonne haec congregata sunt apud me, et signata in thesauris meis? In die ultionis reddam illis (Deut. XXXII, 34, 35). Cum vero pro malis quae fecimus disciplinae flagello atterimur, et haec per poenitentiam deflemus, iniquitatem nostram signat et curat, quia nec inulta hic deserit, nec in judicio punienda reservat. Signat igitur delicta, quia ea hic subtiliter attendit ut feriat; curat vero, quia haec per flagellum funditus relaxat. Unde iniquitatem quoque illius persecutoris sui, quem in terra prostraverat, signando curavit, cum de illo ad Ananiam dixit: Vas electionis mihi est iste, ut portet nomen meum coram gentibus, et regibus, et filiis Israel. Ego enim ostendam illi, quanta eum oporteat pro nomine meo pati (Act. IX, 15). Cui enim adhuc pro transactis excessibus venturas passiones minatur, profecto hoc quod deliquerat in corde signatum tenebat. Sed procul dubio delicta ejus signando curaverat, quem Vas electionis vocabat. Vel certe peccata nostra signantur in sacculo cum mala quae fecimus sollicito semper corde pensamus. Quid namque est cor hominis, nisi sacculus Dei? Ubi dum studiose conspicimus per quanta delinquimus, peccata nostra quasi in Dei sacculo signata portamus.

20. Nuestras culpas, para que Dios no las castigue, han de ser castigadas por la penitencia.---Dios cuenta los pasos cuando señala cada una de nuestras obras en vista de la retribución (retributionem). Pues, ¿qué se designa en los pasos, sino cada una de nuestras acciones? El Dios omnipotente, pues, tanto cuenta los pasos como perdona los pecados, porque tanto considera sutilmente nuestros actos, como sin embargo los perdona misericordiosamente a los penitentes. Él también ve la dureza en los pecadores, pero sin embargo la ablanda para la penitencia (poenitentiam) por la gracia que previene. Cuenta, pues, las culpas cuando nos convierte a nosotros mismos para deplorar cada cosa que hicimos. Las cuales perdona misericordiosamente, porque mientras nosotros mismos las castigamos, Él de ninguna manera las juzga en el examen extremo, como atestigua Pablo, quien dice: "Si nosotros mismos nos juzgáramos, ciertamente no seríamos juzgados" (I Cor. XI, 31). Por lo cual todavía se añade:

Capítulo XVII

[Vet. XI].

VERS. 17.---Sellaste como en un saco mis delitos, pero curaste mi iniquidad.

21. Los pecados, si no son lavados por la penitencia, saldrán del saco del secreto al público del juicio.---Se sellan como en un saco nuestros delitos (delicta), porque esto que hacemos exteriormente, si no lo lavamos por la penitencia (poenitencia) que interviene, se guarda en el secreto de los juicios de Dios bajo cierta ocultación, para que alguna vez salga incluso del saco del secreto al público del juicio. Por lo cual también se dice por Moisés: "¿No están estas cosas congregadas conmigo, y selladas en mis tesoros? En el día de la venganza les retribuiré" (Deut. XXXII, 34, 35). Pero cuando por los males que hicimos somos desgastados por el flagelo de la disciplina, y lloramos estos por la penitencia, sella y cura nuestra iniquidad (iniquitatem), porque ni los deja aquí sin castigo, ni los reserva para ser castigados en el juicio. Sella, pues, los delitos, porque aquí los atiende sutilmente para herir; pero los cura, porque los perdona de raíz por el flagelo. Por lo cual también curó, sellando, la iniquidad de aquel su perseguidor, a quien había postrado en tierra, cuando dijo de él a Ananías: "Vaso de elección es para mí este, para que lleve mi nombre ante las gentes, y los reyes, y los hijos de Israel. Pues yo le mostraré cuántas cosas le conviene padecer por mi nombre" (Hech. IX, 15). Pues a aquel a quien todavía amenaza con futuras pasiones por los excesos pasados, ciertamente tenía sellado en su corazón aquello en que había delinquido. Pero sin duda había curado sus delitos sellándolos, a quien llamaba Vaso de elección. O ciertamente nuestros pecados se sellan en el saco cuando ponderamos los males que hicimos siempre con corazón solícito. ¿Qué es, pues, el corazón del hombre, sino el saco de Dios? Donde, mientras miramos estudiosamente por cuánto delinquimos, llevamos nuestros pecados como sellados en el saco de Dios.

An non peccatum suum David signatum tenebat in sacculo, qui dicebat: Iniquitatem meam ego agnosco, et delictum meum coram me est semper (Psal. L, 5)? Et quia culpas, quas non intuendo et poenitendo cognoscimus, pius nobis conditor relaxat, recte post signata in sacculo delicta subjungitur: Sed curasti iniquitatem meam. Ac si aperte dicat: Quae modo signas ut poenitendo videam, agis procul dubio ne in retributione videantur. Sequitur:

Caput XVIII

[Rec. XIII].

VERS. 18, 19.---Mons cadens defluit, et saxum transfertur de loco suo. Lapides excavant aquae, et alluvione paulatim terra consumitur, et homines ergo similiter perdes.

22. Alii subitis, alii lentis ac blandis tentationibus evertuntur.---Hoc crebro agitur ut, cadentibus rupibus, saxum ad loca alia transferatur; ut aquae lapides excavent, et paulatim terra alluvionibus consumatur. Sed magna nobis intentione discutiendum est quod infertur: Et homines ergo similiter perdes. Quid est enim hoc, quod cadenti monti et saxo translato, quod excavato lapidi et per alluvionem terrae consumptae perditio humana comparatur, nisi hoc, quod patenter datur intelligi, quia duo sunt genera tentationum? Unum, quod in mente etiam justi hominis per repentinum eventum agitur, quatenus sic subito tentetur, ut hunc inopinato proventu concutiat et prosternat, casumque suum nonnisi postquam ceciderit videat. Aliud vero, quod paulatim venit in mentem, et resistentem animum lenibus suggestionibus inficit, et omnes in eo vires justitiae non nimietate sua, sed assiduitate consumit. Quia ergo alia est tentatio quae justos plerumque subita invasione prosternit, dicatur: Mons cadens defluit, et saxum transfertur de loco suo; id est, mens sancta, cujus locus justitia fuerat, impulsu subito transfertur ad culpam. Rursum quia alia est tentatio, quae se cordi hominis leniter infundit, omnemque duritiam fortitudinis corrumpit atque consumit, dicatur: Lapides excavant aquae, quia videlicet duritiam mentis absorbent assidua et mollia blandimenta libidinis, et lentum atque subtile vitium corrumpit durum et forte propositum mentis.

¿Acaso no tenía David su pecado sellado en el saco, quien decía: "Mi iniquidad yo la reconozco, y mi delito está siempre ante mí" (Sal. L, 5)? Y porque nuestro piadoso Creador perdona las culpas que reconocemos mirándolas y haciendo penitencia, rectamente se añade después de los delitos sellados en el saco: "Pero curaste mi iniquidad". Como si dijera abiertamente: Las cosas que ahora sellas para que yo las vea haciendo penitencia, las haces sin duda para que no se vean en la retribución (retributione). Sigue:

Capítulo XVIII

[Rec. XIII].

VERS. 18, 19.---Ciertamente el monte al caer se deshace, y la peña se traslada de su lugar. Las aguas horadan las piedras, y por el aluvión poco a poco se consume la tierra, y así de la misma manera destruirás a los hombres.

22. Unos son derribados por súbitas tentaciones, otros por tentaciones lentas y suaves.---Esto se hace frecuentemente para que, al caer las rocas, la piedra se traslade a otros lugares; para que las aguas horaden las piedras, y poco a poco la tierra se consuma por los aluviones. Pero debemos discutir con gran intención lo que se infiere: "Y así de la misma manera destruirás a los hombres". Pues, ¿qué es esto, que la perdición humana se compare al monte que cae y a la peña trasladada, a la piedra horadada y a la tierra consumida por el aluvión, sino aquello que patenteramente se da a entender, porque hay dos géneros de tentaciones (tentationum)? Uno, que se produce en la mente incluso de un hombre justo por un suceso repentino, de tal modo que sea tentado tan súbitamente, que lo sacuda y lo prostre por un resultado inesperado, y no vea su caída sino después de haber caído. Pero el otro, que viene poco a poco a la mente, e infecta el ánimo que resiste con suaves sugestiones, y consume en él todas las fuerzas de la justicia (justitiae) no por su exceso, sino por su asiduidad. Porque, por tanto, hay una tentación que por lo común prostra a los justos por una súbita invasión, dígase: "El monte al caer se deshace, y la peña se traslada de su lugar"; esto es, la mente santa, cuyo lugar había sido la justicia, por un impulso súbito es trasladada a la culpa. De nuevo, porque hay otra tentación, que se infunde suavemente en el corazón del hombre, y corrompe y consume toda la dureza de la fortaleza (fortitudinis), dígase: "Las aguas horadan las piedras", porque a saber, los asiduos y blandos halagos de la lascivia absorben la dureza de la mente, y el vicio lento y sutil corrompe el duro y fuerte propósito de la mente.

Unde subditur: Et alluvione paulatim terra consumitur. Sicut enim influente aqua paulatim terra consumitur, sic leniter subrepente vitio mens etiam fortis absorbetur. Unde bene subjungitur Et homines ergo similiter perdes. Id est, quia cum tentationem justo judicio ejus menti qui stare in alto cernitur repente dominari permittis, cadere ac defluere montem facis; et cum voluntas ad vitium commutatur, quasi ad locum alium transfertur saxum; cum vero tentationem lentam atque subtilem, sed tamen assiduam, eorum qui fortes esse creduntur praevalere mentibus sinis, quasi lapides excavant aquae, et alluvione paulatim terra consumitur, quia nimirum suggestione leni subacta mentis duritia mollitur.

23. David mons altus repentino casu cecidit. Salomon subrepente paulisper peccati lenocinio. ---Videamus David ille quantum mons altus fuerit, qui tanta Dei mysteria prophetico spiritu valuit contemplari; sed aspiciamus quam subito casu defluxit, qui dum, in solario deambulans, alienam conjugem concupivit et abstulit, ejusque virum cum damno sui exercitus interemit (II Reg. XI, 4, seq.), repentino casu mons cecidit, cum mens illa mysteriis coelestibus assueta, inopinata tentatione devicta est, tamque immanissimae turpitudini subacta. Saxum itaque de loco suo translatum est, cum prophetae animus, a prophetiae mysteriis exclusus, ad cogitandas turpitudines venit. Videamus etiam qualiter lapides excavant aquae, et alluvione paulatim terra consumitur. Salomon quippe (32, q. 4, c. Salomon) immoderato usu atque assiduitate mulierum ad hoc usque perductus est, ut templum idolis fabricaret (III Reg. XI, 7); et qui prius Deo templum construxerat, assiduitate libidinis, etiam perfidiae substratus, idolis construere templa non timuit. Sicque factum est ut ab assidua carnis petulantia usque ad mentis perfidiam perveniret. Quid itaque aliud quam aquae excavarunt lapidem, et alluvione paulatim terra consumpta est, quia subripiente paulisper infusione peccati, terra cordis illius ad consumptionem defluxit? Consideret ergo beatus Job utrasque tentationes, vel subitam et immensam, vel lentam atque longiorem; consideret casus hominum, et ex his quae exterius accidunt rapiat interius contemplationem, dicens: Mons cadens defluit, et saxum transfertur de loco suo. Lapides excavant aquae, et alluvione paulatim terra consumitur; et homines ergo similiter perdes; id est, sicut haec insensibilia modo subito corruunt, modo paulisper infusa aquarum mollitie consumuntur, ita etiam eum quem rationabilem condidisti, vel subita tentatione dejicis, vel longa ac lenta consumi permittis. Atque mox eamdem rationabilem creaturam verbis sequentibus explicat, dicens:

Por lo cual se añade: "Y por el aluvión poco a poco se consume la tierra". Pues así como al afluir el agua poco a poco se consume la tierra, así por el vicio que se desliza suavemente, incluso la mente fuerte es absorbida. Por lo cual bien se añade: "And so Thou destroyest men likewise." Esto es, porque cuando por justo juicio permites que la tentación domine repentinamente la mente de aquel que se ve estar en lo alto, haces que el monte caiga y se deshaga; y cuando la voluntad se muda al vicio, la peña se traslada como a otro lugar; pero cuando permites que la tentación lenta y sutil, pero sin embargo asidua, prevalezca en las mentes de aquellos que se creen ser fuertes, es como si las aguas horadaran las piedras, y por el aluvión poco a poco se consume la tierra, porque ciertamente la dureza de la mente, subyugada por la suave sugestión, se ablanda.

23. David, monte alto, cayó por repentina caída. Salomón por el lento deslizamiento del pecado. ---Veamos cuán alto monte fue aquel David, que pudo contemplar tan grandes misterios de Dios con espíritu profético; pero miremos por cuán súbita caída fluyó hacia abajo, quien mientras, paseando por el terrado, codició y tomó la esposa ajena, e hizo morir a su marido con pérdida de su ejército (2 Sam. XI, 4, sig.), por repentina caída el monte cayó, cuando aquella mente acostumbrada a los misterios celestiales fue vencida por una inesperada tentación (tentatione), y sometida a tan inmensa torpeza. La peña, pues, fue trasladada de su lugar, cuando el ánimo del profeta, excluido de los misterios de la profecía, vino a pensar torpezas. Veamos también de qué manera las aguas horadan las piedras, y por el aluvión poco a poco se consume la tierra. Pues Salomón por el uso inmoderado y la asiduidad de las mujeres fue conducido hasta esto, a fabricar un templo a los ídolos (3 Rey. XI, 7); y el que antes había construido un templo a Dios, sometido por la asiduidad de la lascivia, incluso de la perfidia, no temió construir templos a los ídolos. Y así se hizo que llegara desde la asidua petulancia de la carne hasta la perfidia de la mente. ¿Qué otra cosa, pues, sino que las aguas horadaron la piedra, y por el aluvión poco a poco la tierra fue consumida, porque al deslizarse poco a poco la infusión del pecado, la tierra de su corazón fluyó hacia la consumación? Considere, pues, el bienaventurado Job ambas tentaciones, o la súbita e inmensa, o la lenta y más larga; considere las caídas de los hombres, y de aquellas cosas que suceden exteriormente arrebate interiormente la contemplación (contemplationem), diciendo: "El monte al caer se deshace, y la peña se traslada de su lugar. Las aguas horadan las piedras, y por el aluvión poco a poco se consume la tierra, y así de la misma manera destruirás a los hombres"; esto es, así como estas cosas insensibles ahora caen súbitamente, ahora se consumen por la blandura de las aguas infundida poco a poco, así también a aquel que criaste racional, o lo derribas por súbita tentación, o permites que sea consumido por una larga y lenta. Y al punto explica la misma criatura racional con las palabras siguientes, diciendo:

CAPUT XIX.

VERS. 20.---Roborasti eum paululum, ut in perpetuum transiret.

24. Vitae brevi succedit aeternitas.---Paululum roboratus est homo, quia hic vivendi vires ad modicum accepit ut in perpetuum transeat ubi ejus vitam terminus non concludat. Sed in hac brevitate ubi roboratus est colligit unde in perpetuitate inveniat, vel ut semper gaudeat, vel ut suscepta supplicia non evadat. Qui pro eo quod paululum roboratus est ut in perpetuum transeat, apte mox subditur:

Caput XX

[Rec. XIV].

IBID.---Immutabis faciem ejus, et emittes eum.

25. Hominis in morte quanta mutatio.---Facies hominis immutatur cum ejus species morte atteritur. Emittitur vero, quia ab his quae volens tenuit transire ad aeterna cogitur nolens; dumque ad illa perducitur, haec quae diu cogitata tenuit qualiter sese habitura sint relicta nescit. Unde et additur.

Caput XXI

[Vet. XIII].

VERS. 21. Sive nobiles fuerint filii ejus, sive ignobiles, non intelligit.

26. Animae sanctorum Deum videntes, nihil eorum quae extra se sunt ignorant; secus aliae.---Sicut enim hi qui adhuc viventes sunt mortuorum animae quo loco habeantur ignorant, ita mortui vita in carne viventium post eos qualiter disponatur nesciunt, quia et vita spiritus longe est a vita carnis; et sicut corporea atque incorporea diversa sunt genere, ita etiam distincta cognitione. Quod tamen de animabus sanctis sentiendum non est, quia quae intus omnipotentis Dei claritatem vident nullo modo credendum est quia foris sit aliquid quod ignorent. Sed carnales quique, quia amorem praecipuum filiis impendunt, hoc eos beatus Job nescire postmodum asserit quod hic vehementer amaverunt, ut sive nobiles, sive ignobiles sint filii nesciant, quorum eos semper cura fatigabat. Quod tamen si intelligi spiritaliter debet, non incongrue filiorum nomine opera designantur; sicut de muliere Paulus dicit: Quia salva erit per filiorum generationem (I Tim. II, 15).

CAPÍTULO XIX.

VERS. 20.---Lo robusteciste un poco, para que pasara para siempre.

24. A la vida breve sucede la eternidad.---Un poco fue robustecido el hombre, porque aquí recibió las fuerzas de vivir por un momento, para que pase para siempre a donde el término no concluya su vida. Pero en esta brevedad donde fue robustecido, recoge de donde halle en la perpetuidad, o para que siempre goce, o para que no escape de los suplicios recibidos. Por lo cual, habiendo sido robustecido un poco para que pasara para siempre, aptamente se añade al punto:

Capítulo XX

[Rec. XIV].

IBÍD.---Mudarás su rostro, y lo despedirás.

25. Cuán grande es la mudanza del hombre en la muerte.---El rostro del hombre se muda cuando su apariencia es desgastada por la muerte. Pero es despedido, porque es obligado contra su voluntad a pasar de aquellas cosas que sostuvo voluntariamente a las eternas; y mientras es conducido a aquellas, no sabe de qué manera habrán de estar estas cosas que tuvo largamente en el pensamiento cuando queden abandonadas. Por lo cual también se añade.

Capítulo XXI

[Vet. XIII].

VERS. 21. Ya sea que sus hijos fueren nobles, o innobles, no lo entiende.

26. Las almas de los santos que ven a Dios, nada ignoran de aquellas cosas que están fuera de sí; de otro modo las otras.---Pues así como los que aún viven ignoran en qué lugar se encuentran las almas de los muertos, así los muertos no saben de qué manera se dispone la vida de los que viven en la carne tras ellos, porque tanto la vida del espíritu está lejos de la vida de la carne; y así como las cosas corpóreas e incorpóreas son diversas por su género, así también por un conocimiento distinto. Lo cual, sin embargo, no debe sentirse acerca de las almas santas, porque de ningún modo se ha de creer que las que ven en su interior la claridad del Dios omnipotente ignoren algo que esté fuera. Pero todos los carnales, porque dedican un amor principal a sus hijos, el bienaventurado Job afirma que ellos después no saben esto que aquí amaron vehementemente, de modo que ya sean sus hijos nobles o innobles, no lo sepan, cuyo cuidado siempre los fatigaba. Lo cual, sin embargo, si debe entenderse espiritualmente, no congruentemente se designan las obras con el nombre de hijos; como dice Pablo de la mujer: Porque se salvará por la generación de hijos (1 Tim. 2, 15).

Neque enim mulier quae, continentiae studens, nequaquam filios generat salva non erit, sed per generationem filiorum salvari dicitur, quia per effectum bonorum operum perpetuae saluti sociatur. Nobiles ergo sunt filii recta opera, ignobiles autem facta perversa. Et saepe homo agere quaelibet bona intentione nititur; sed tamen pro multis, quae subrepunt, ejus acta apud omnipotentem Deum qualiter habeantur, incertum est. Sive itaque nobiles fuerint filii ejus, sive ignobiles, non intelligit, quia, subtili examine discussa, utrum approbentur ejus opera an reprobentur ignorat. Et hic ergo homo in dolore laboris est positus, et illuc ducitur in timore suspicionis. Unde adhuc de ipso praesentis vitae labore subjungitur:

CAPUT XXII.

VERS. 22.---Attamen caro ejus, dum vivit, dolebit, et anima ejus super semetipso lugebit.

27. Qui carnis voluptatibus delectantur, majores ex carne tribulationes experiuntur.---De conjugibus Paulus dicit: Tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi (I Cor. VII, 28). Sed tribulationem carnis hic pati possunt, etiam jam qui spiritaliter vivunt. Cur ergo inesse conjugibus carnis tribulatio quasi specialiter dicitur, quae etiam a vita spiritalium longe non est, nisi quod hi frequenter majores tribulationes ex carne suscipiunt qui carnis voluptatibus delectantur? Bene autem dicitur: Et anima ejus super semetipso lugebit, quia quisquis gaudere in se appetit, eo ipso jam in luctu est quo a vera laetitia recessit. Vera quippe laetitia mentis creator est. Dignum itaque est ut in se semper homo moerores inveniat, qui, derelicto creatore, in se gaudium quaerebat. Sequitur.

Caput XXIII

[Vet. XIV, Rec. XV].

CAP. XV, VERS. 1, 2.---Respondens autem Eliphaz Themanites, dixit: Nunquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens, et implebit ardore stomachum suum?

Pues ni dejará de salvarse la mujer que, procurando la continencia, de ningún modo engendra hijos, sino que se dice que se salva por la generación de hijos, porque por el efecto de las buenas obras se asocia a la salvación perpetua. Hijos nobles son, pues, las obras rectas, e innobles los hechos perversos. Y a menudo el hombre se esfuerza por realizar cualquier bien con recta intención; pero sin embargo, por muchas cosas que se infiltran, es incierto cómo se consideran sus actos ante el Dios omnipotente. Ya sea, pues, que sus hijos fueren nobles, o innobles, no lo entiende, porque, discutidas por un sutil examen, ignora si sus obras son aprobadas o reprobadas. Y aquí, pues, el hombre está puesto en el dolor del trabajo, y allá es conducido en el temor de la sospecha. Por lo cual aún se añade sobre el mismo trabajo de la vida presente:

CAPÍTULO XXII.

VERS. 22.---Pero su carne, mientras vive, tendrá dolor, y su alma se lamentará sobre sí mismo.

27. Quienes se deleitan en los placeres de la carne, experimentan mayores tribulaciones de la carne.---De los casados dice Pablo: Sin embargo, tales tendrán la tribulación de la carne (1 Cor. 7, 28). Pero la tribulación de la carne la pueden padecer aquí incluso los que ya viven espiritualmente. ¿Por qué, pues, se dice que la tribulación de la carne está en los casados como algo especial, la cual no está lejos de la vida de los espirituales, sino porque aquellos frecuentemente reciben mayores tribulaciones de la carne quienes se deleitan en los placeres de la carne? Pero bien se dice: Y su alma se lamentará sobre sí mismo, porque quienquiera que apetezca gozarse en sí mismo, por eso mismo ya está en luto por lo cual se apartó de la verdadera alegría. Pues la verdadera alegría de la mente es el Creador. Digno es, pues, que el hombre encuentre siempre tristezas en sí mismo, el cual, habiendo abandonado al Creador, buscaba el gozo en sí mismo. Sigue.

Capítulo XXIII

[Vet. XIV, Rec. XV].

CAP. XV, VERS. 1, 2.---Respondiendo entonces Elifaz Temanita, dijo: ¿Acaso responderá el sabio como quien habla al viento, e inflamará su pecho de ardor?

28. Mali bonorum verba non rationis sententias, sed furoris stimulos censent.---Crebro jam diximus beatum Job typum sanctae universalis Ecclesiae, amicos vero illius haereticorum speciem tenere, qui, quasi ex defensione Domini, occasionem stultae locutionis inveniunt, et contumeliosa contra bonos verba jaculantur. Quibus cuncta quae a fidelibus sentiuntur quasi in ventum prolata displicent. Unde nunc dicitur: Nunquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens? Nec bonorum verba dicta rationis, sed stimulos furoris existimant. Unde et subditur. Et implebit ardore stomachum suum. Quia ea etiam quae se sciunt contumeliose dicere, student semper, ut dictum est, ex Domini defensione palliare. Unde Eliphaz subdit:

CAPUT XXIV.

VERS. 3.---Arguis verbis eum qui non est aequalis tibi, et loqueris quod tibi non expedit.

29. Dum vera quae exprobrent non inveniunt, falsa fingunt haeretici.---Nullum vero existimant timorem Domini habere, nisi eum quem potuerint ad suae confessionis stultitiam trahere. Unde adjungit:---VERS. 4---Quantum in te est, evacuasti timorem, et tulisti preces coram Deo. Tulisti dicitur abstulisti, ac si aperte dicat: De tua justitia praesumens, Creatoris tui gratiam despicis deprecari. Cum enim vera mala haeretici contra bonos non inveniunt, fingunt quae redarguant, ut justi esse videantur, et fit plerumque ut ad aperta contumeliarum verba perveniant. Unde adhuc subditur:

CAPUT XXV.

VERS. 5.---Docuit enim iniquitas tua os tuum, et imitaris linguam blasphemantium.

30. Dei honori specie caventes, bonitati detrahunt. ---Iniquitas os docet quando ex mala vita concipitur quod pejus dicatur. Quia autem beatus Job tanto in ore liber fuerat quanto justus in opere, ab amicis suis haereticorum typum tenentibus, et de iniqua vita, et de audaci ore reprehenditur, ut dicatur: Docuit enim iniquitas tua os tuum. Ac si aperte ei diceretur: Quod perverse loqueris, ex perversiore didicisti vita. Saepe vero haeretici dum quasi venerantur Deum, ejus mysteriis contradicunt, et humilitatem putant si veritatem denegant.

28. Los malos consideran las palabras de los buenos no como sentencias de razón, sino como aguijones de furor.---Ya hemos dicho frecuentemente que el bienaventurado Job representa el tipo de la santa Iglesia universal, pero sus amigos el de los herejes, quienes, como si fuera en defensa del Señor, encuentran ocasión para el discurso necio, y lanzan palabras contumeliosas contra los buenos. A quienes todas las cosas que sienten los fieles les desagradan como si fueran proferidas al viento. Por lo cual se dice ahora: ¿Acaso responderá el sabio como quien habla al viento? Ni consideran que las palabras de los buenos sean dichos de la razón, sino aguijones de furor. Por lo cual también se añade: E inflamará su pecho de ardor. Porque incluso aquellas cosas que saben que dicen contumeliosamente, procuran siempre, como se ha dicho, encubrirlas con la defensa del Señor. Por lo cual añade Elifaz:

CAPÍTULO XXIV.

VERS. 3.---Arguyes con palabras a aquel que no es igual a ti, y hablas lo que no te conviene.

29. Mientras los herejes no encuentran cosas verdaderas para reprochar, fingen las falsas.---Ellos piensan que nadie tiene el temor del Señor, sino aquel a quien pudieron atraer a la estulticia de su propia confesión. Por lo cual añade:---VERS. 4---En cuanto está en ti, has evacuado el temor, y has quitado las preces ante Dios. 'Tulisti' se dice por 'abstulisti' (quitaste), como si dijera abiertamente: Presumiendo de tu propia justicia, desprecias deprecar la gracia de tu Creador. Pues cuando los herejes no encuentran males verdaderos contra los buenos, fingen lo que puedan refutar, para que parezcan ser justos, y sucede muy a menudo que llegan a palabras abiertas de contumelias. Por lo cual aún se añade:

CAPÍTULO XXV.

VERS. 5.---Pues tu iniquidad ha enseñado a tu boca, e imitas la lengua de los blasfemos.

30. Cuidando en apariencia del honor de Dios, detractan de su bondad. ---La iniquidad enseña a la boca cuando de una vida mala se concibe lo que se dice peor. Pero porque el bienaventurado Job había sido tan libre en su boca cuanto justo en su obra, es reprendido por sus amigos, que tienen el tipo de los herejes, tanto por una vida inicua cuanto por una boca audaz, de modo que se diga: Pues tu iniquidad ha enseñado a tu boca. Como si se le dijera abiertamente: Lo que hablas perversamente, lo has aprendido de una vida más perversa. Pues a menudo los herejes, mientras veneran como si fuera a Dios, contradicen sus misterios, y piensan que es humildad si niegan la verdad.

Sunt namque nonnulli qui Deo se injuriam irrogare existimant si eum veram carnem assumpsisse fateantur, aut si hunc veraciter pro nobis carne mori potuisse crediderint. Cumque Deo quasi plus honoris conantur tribuere, coguntur laudes veras bonitatis illius negare. Quid enim est in charitatis suae laude potentius quam ut illa sibi pro nobis digna ad susceptionem faceret, quae ei videntur indigna? Sancta autem Ecclesia veram carnem, veram mortem illius confitetur; sed haec dicens, ab haereticis irrogare Deo contumeliam creditur. Unde nunc dicitur: Et imitaris linguam blasphemantium. Cui si quid in hoc mundo adversitatis evenerit, hoc ei contingere ex ipsa hac injuria suae confessionis dicunt. Unde adhuc subditur:

CAPUT XXVI.

VERS. 6.---Condemnabit te os tuum et non ego, et labia tua respondebunt tibi.

31. Rectae fidei confessionem adversitatis flagellis puniri delirant.---Quia enim ex errore confessionis existimant mala adversitatis erumpere, labia sua ei asserunt respondere, ut culpa eloquii sit causa flagelli. Aliquando vero eam comprimere quasi ratiocinantes volunt. [Vet. XV.] Unde Eliphaz beatum Job reprehendere quasi ex ratione conatur, dicens:

CAPUT XXVII.

VERS. 7, 8.---Nunquid primus homo tu natus es, et ante colles formatus? Nunquid consilium Dei audisti, et inferior te erit ejus sapientia?

32. Dum divinam gloriam defendere videntur, suae prospiciunt.---Ac si verbis apertioribus dicat: Qui de aeterno loqueris pensa quia temporalis es, qui de ejus sapientia disputas, pensa quia ejus consilium ignoras. Sed quia ad hoc haeretici verba dominicae defensionis assumunt, ut docti esse videantur, et dum divinam gloriam defendere videntur, suam scientiam hominibus innotescant, ipsa hoc Eliphaz subjuncta verba testantur, qui loqui quidem de sapientia Dei coepit, sed statim ad suam elationem cecidit, dicens:

VERS. 9.---Quid nosti quod ignoremus? quid intelligis quod nesciamus?

Quae videlicet dicta patenter ostendunt ex qua mentis elatione prodeat quidquid quasi ad Dominicam defensionem sonat. Sequitur:

CAPUT XXVIII.

Pues hay algunos que piensan que irrogan una injuria a Dios si confiesan que Él asumió verdadera carne, o si creyeran que Él pudo verdaderamente morir por nosotros en la carne. Y cuando intentan atribuir como si fuera más honor a Dios, se ven obligados a negar las verdaderas alabanzas de su bondad. Pues ¿qué hay de más potente en la alabanza de su caridad que el que Él hiciera dignas para su propia recepción por nosotros aquellas cosas que a Él le parecen indignas? Pero la Santa Iglesia confiesa su verdadera carne, su verdadera muerte; pero diciendo estas cosas, los herejes creen que ella irroga contumelia a Dios. Por lo cual ahora se dice: E imitas la lengua de los blasfemos. A la cual, si le sucediera alguna adversidad en este mundo, dicen que esto le acontece por esta misma injuria de su confesión. Por lo cual aún se añade:

CAPÍTULO XXVI.

VERS. 6.---Te condenará tu propia boca y no yo, y tus labios te responderán.

31. Deliran que la confesión de la fe recta es castigada por los flagelos de la adversidad.---Porque pues piensan que los males de la adversidad brotan del error de la confesión, afirman que sus propios labios le responden, de modo que la culpa de la elocución sea la causa del flagelo. Pero a veces quieren reprimirla como si estuvieran razonando. [Vet. XV.] Por lo cual Elifaz intenta reprender al bienaventurado Job como si fuera por la razón, diciendo:

CAPÍTULO XXVII.

VERS. 7, 8.---¿Acaso fuiste tú el primer hombre nacido, y fuiste formado antes que los collados? ¿Acaso escuchaste el consejo de Dios, y será inferior a ti su sabiduría?

32. Mientras parecen defender la gloria divina, miran por la suya.---Como si dijera con palabras más abiertas: Tú que hablas de lo Eterno, piensa que eres temporal; tú que disputas sobre su sabiduría, piensa que ignoras su consejo. Pero porque para esto asumen los herejes las palabras de la defensa del Señor, para que parezcan ser doctos, y mientras parecen defender la gloria divina, den a conocer a los hombres su propia ciencia, estas mismas palabras de Elifaz añadidas lo testifican, el cual ciertamente comenzó a hablar de la sabiduría de Dios, pero al punto cayó en su propia elación, diciendo:

VERS. 9.---¿Qué sabes tú que nosotros ignoremos? ¿qué entiendes que nosotros no sepamos?

Cuyos dichos ciertamente muestran patentemente de qué elación de la mente procede cualquier cosa que suena como para la defensa del Señor. Sigue:

CAPÍTULO XXVIII.

VERS. 10.---Et senes et antiqui sunt in nobis multo vetustiores quam patres tui.

33. De antiquorum patrum magisterio et consensu falso sibi blandiuntur.---Quia omnes haeretici a sancta universali Ecclesia sunt egressi, testatur Joannes, qui ait: Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis (I Joan. II, 19). Sed ut ea quae asserunt commendare stultis mentibus hominum quasi de antiquitate possint, antiquos patres se habere testantur, atque ipsos doctores Ecclesiae suae professionis magistros dicunt. Cumque praesentes praedicatores despiciunt de antiquorum Patrum magisterio falsa praesumptione gloriantur, ut ea quae ipsi dicunt, etiam antiquos patres tenuisse fateantur, quatenus hoc quod rectitudine astruere non valent quasi ex illorum auctoritate confirment. Quia vero scriptum est: Quem diligit Dominus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit (Hebr. XII, 6). Saepe sancta Ecclesia multis in hac vita adversitatibus laborat, et reproborum vita tanto sine flagello dimittitur, quanto ad nulla praemia servatur. Sed afflictiones sanctae Ecclesiae videntes haeretici, eam despiciunt, et tot illam flagellis atteri ex pravae professionis merito suspicantur. Unde adhuc subditur:

CAPUT XXIX.

VERS. 11.---Nunquid grande est ut consoletur te Deus? sed verba tua prava hoc prohibent.

34. Afflictam Ecclesiam despiciunt.---Ac si ei patenter dicat: Si professionem fidei corrigeres, jamdudum consolationem a flagellis habere potuisses. Sequitur:

CAPUT XXX.

VERS. 12.---Quid te elevat cor tuum, et, quasi magna cogitans, attonitos habes oculos?

35. Sanctorum contemplationem irrident nunquam experti.---Saepe justorum mens ita ad altiora contemplanda suspenditur, ut exterius eorum facies obstupuisse videatur. Sed quia hanc contemplationis vim in occulto agere haeretici ignorant, hoc a justis et recta sapientibus fieri magis per hypocrisim quam per veritatem putant, quia hoc quod ipsi habere nequeunt inesse veraciter aliis non suspicantur. Sequitur:

CAPUT XXXI

[Vet et Rec. XVI].

VERS. 10.---Tanto los ancianos como los antiguos están con nosotros, mucho más viejos que tus padres.

33. Falsamente se halagan con el magisterio y consenso de los antiguos padres.---Porque todos los herejes han salido de la santa Iglesia universal, lo atestigua Juan, quien dice: De nosotros salieron, pero no eran de los nuestros (1 Juan 2, 19). Pero para que puedan encomendar aquellas cosas que afirman a las mentes necias de los hombres como si fuera por la antigüedad, atestiguan que tienen a los antiguos padres, y llaman a los mismos doctores de la Iglesia maestros de su propia profesión. Y mientras desprecian a los predicadores presentes, se glorían con una falsa presunción del magisterio de los antiguos Padres, de modo que confiesen que también los antiguos padres sostuvieron aquellas cosas que ellos mismos dicen, a fin de que lo que no pueden edificar por la rectitud lo confirmen como por la autoridad de aquellos. Porque ciertamente está escrito: A quien el Señor ama castiga, pero azota a todo hijo que recibe (Heb. 12, 6). A menudo la Santa Iglesia trabaja en muchas adversidades en esta vida, y la vida de los réprobos es despedida tanto sin flagelo, cuanto que para ningún premio se reserva. Pero los herejes, viendo las aflicciones de la Santa Iglesia, la desprecian, y sospechan que ella es desgastada por tantos flagelos por el mérito de una profesión depravada. Por lo cual aún se añade:

CAPÍTULO XXIX.

VERS. 11.---¿Es acaso cosa grande que Dios te consuele? pero tus palabras depravadas lo prohiben.

34. Desprecian a la Iglesia afligida.---Como si le dijera patentemente: Si corrigieras la profesión de la fe, ya de antiguo habrías podido tener consuelo de los flagelos. Sigue:

CAPÍTULO XXX.

VERS. 12.---¿Por qué te levanta tu corazón, y, como si pensaras en grandes cosas, tienes los ojos atónitos?

35. Se burlan de la contemplación de los santos, nunca habiéndola experimentado.---A menudo la mente de los justos es tan suspendida para contemplar cosas más altas, que exteriormente su rostro parece haber quedado atónito. Pero porque los herejes ignoran que esta fuerza de la contemplación actúa en lo oculto, piensan que esto se hace por los justos y los rectamente sabios más por hipocresía que por verdad, porque no sospechan que esto que ellos mismos no pueden tener exista verdaderamente en otros. Sigue:

CAPÍTULO XXXI.

VERS. 13.---Quid tumet contra Deum spiritus tuus, ut proferas de ore tuo hujuscemodi sermones?

36. Justorum et iniquorum verba saepe similia, sed cor dissimile. Haeretici falsis quaedam vera permiscent, non rejicienda.---Plerumque justi aliquibus necessitatibus afflicti sua opera coguntur fateri, quod beatus Job fecerat, quem post justitiam flagella deprimebant; sed cum eorum dicta injusti audiunt, haec per elationem potius quam per veritatem existimant prolata. Ex suis enim cordibus verba justorum pensant, et dici humiliter posse verba bona non existimant. Sicut enim gravis culpa est sibi hoc hominem arrogare quod non est, sic plerumque culpa nulla est, si humiliter bonum dicat quod est. Unde saepe contingit ut justi et injusti habeant verba similia, sed tamen semper cor longe dissimile, et ex quibus dictis Dominus ab injustis offenditur, in eisdem quoque a justis placatur. Nam Pharisaeus ingressus templum, dicebat: Jejuno bis in Sabbato, decimas do omnium quae possideo (Luc. XVIII, 12); sed justificatus magis publicanus, quam ille exiit. Ezechias quoque rex cum, molestia corporis afflictus, ad extremitatem pervenisset vitae, in oratione compunctus dixit: Obsecro, Domine, memento, quaeso, quomodo ambulaverim coram te in veritate et in corde perfecto (Isai. XXXVIII, 3). Nec tamen Dominus hanc confessionem perfectionis ejus despexit, aut renuit, quem mox in suis precibus exaudivit. Ecce Pharisaeus se justificavit in opere, et Ezechias justum se esse asseruit etiam in cogitatione, atque unde ille offendit, inde iste Dominum placavit. Cur itaque hoc, nisi quia omnipotens Deus singulorum verba a cogitationibus pensat, et in ejus auribus superba non sunt quae humili corde proferuntur? Unde beatus Job, cum sua opera protulit, contra Deum nullo modo tumuit, quia ea quae veraciter fecerat humiliter dixit. Sed solent haeretici errorum suorum dictis vera aliqua permiscere, et amici beati Job quamvis in reprehensione ejus omnimodo fallantur, possunt tamen et quaedam vera dicere, quae ex illius assiduitate didicerunt. Quorum dicta si omnia refutanda essent, Eliphaz sententiam Paulus apostolus minime protulisset, dicens: Apprehendit sapientes in astutia eorum (I Cor. III, 19). Quia igitur et ea quae recta dicunt contra beatum Job recte non dicunt, nos in eorum dictis et calcemus vitium indiscretionis, et discutiamus vires rectitudinis. Sequitur:

VERS. 13.---¿Por qué se hincha contra Dios tu espíritu, para que prorrumpas de tu boca en semejantes sermones?

36. Las palabras de los justos y de los inicuos son a menudo similares, pero el corazón es disímil. Los herejes mezclan algunas verdades con falsedades, que no deben ser rechazadas.---Generalmente los justos, afligidos por algunas necesidades, se ven obligados a confesar sus propias obras, lo que el bienaventurado Job había hecho, a quien después de su justicia los flagelos deprimían; pero cuando los injustos oyen sus dichos, piensan que estos han sido proferidos por elación más que por verdad. Pues pesan las palabras de los justos desde sus propios corazones, y no piensan que puedan decirse humildemente palabras buenas. Porque así como es una grave culpa arrogarse el hombre aquello que no es, así generalmente no hay culpa alguna si humildemente dice el bien que es. Por lo cual sucede a menudo que los justos y los injustos tienen palabras similares, pero sin embargo siempre el corazón es muy disímil, y por los mismos dichos por los que el Señor es ofendido por los injustos, en ellos mismos también es aplacado por los justos. Pues el fariseo, habiendo entrado en el templo, decía: Ayuno dos veces en el sábado, doy diezmos de todo lo que poseo (Luc. 18, 12); pero el publicano salió justificado más que aquel. También el rey Ezequías cuando, afligido por la molestia del cuerpo, había llegado a la extremidad de la vida, compungido en la oración dijo: Te ruego, Señor, acuérdate, te pido, cómo he caminado ante ti en verdad y con corazón perfecto (Isa. 38, 3). No obstante, el Señor no despreció ni rechazó esta confesión de su perfección, a quien pronto escuchó en sus súplicas. He aquí que el fariseo se justificó en la obra, y Ezequías afirmó que era justo incluso en el pensamiento, y de donde aquel ofendió, de allí este aplacó al Señor. ¿Por qué, pues, esto, sino porque Dios omnipotente pesa las palabras de cada uno por los pensamientos, y en sus oídos no son soberbias las que se profieren con corazón humilde? Por lo cual el bienaventurado Job, cuando expuso sus obras, de ningún modo se hinchó contra Dios, porque dijo humildemente las cosas que verdaderamente había hecho. Pero suelen los herejes mezclar algunas verdades con los dichos de sus errores, y los amigos del bienaventurado Job, aunque en la reprensión de este se engañan de todo punto, pueden sin embargo decir también algunas verdades, que aprendieron de su asiduidad. Si todos los dichos de estos hubieran de ser refutados, el apóstol Pablo de ningún modo habría proferido la sentencia de Elifaz, diciendo: Él atrapa a los sabios en su propia astucia (1 Cor. 3, 19). Porque, por lo tanto, incluso aquellas cosas que dicen rectamente no las dicen rectamente contra el bienaventurado Job, pisoteemos en sus dichos el vicio de la indiscreción (indiscretionis) y discutamos las fuerzas de la rectitud. Sigue:

CAPUT XXXII.

VERS. 14.---Quid est homo, ut immaculatus sit?

37. Homo ex humo et ex muliere ortus, qui possit esse sine macula?---Eo enim ipso quo dicitur homo, terrenus exprimitur et infirmus: homo enim ab humo appellatus est. Et quomodo esse valet sine macula, qui sponte sua ad infirmitatem concidit factus de terra? Ubi et additur,---IBID.---Et ut justus appareat natus de muliere. Primam quippe viro injustitiam mulier propinavit in paradiso. Quomodo ergo justus apparebit, qui de illa natus est quae injustitiae propinatrix exstitit? Sequitur:

Caput XXXIII

[Vet. et Rec. XVII].

VERS. 15.---Ecce inter sanctos ejus nemo immutabilis, et coeli non sunt mundi in conspectu ejus.

38. Solus Deus mutabilitatis expers.---Hoc coelorum nomine repetiit quod sanctorum prius appellatione signavit. Nam de eisdem sanctis scriptum est: Coeli enarrant gloriam Dei (Psal. XVIII, 1). Qui per naturam omnes in semetipsis propriam mutabilitatem habent; sed dum immutabili veritati studiose semper inhaerere desiderant, inhaerendo agunt, ut immutabiles fiant. Cumque ad hanc toto affectu se tenent, quandoque accipiunt ut super semetipsos ducti vincant hoc quod in semetipsis mutabiles exstiterunt. Quid enim mutabilitas nisi mors quaedam est? Quae dum rem quamlibet in aliam immutat, quasi occidit quod fuerat, ut incipiat esse quod non erat. Et de auctore omnium scriptum est: Qui solus habet immutabilitatem (I Tim. VI, 16), quia videlicet in semetipso solus immutabilis est. De quo per Jacobum dicitur: Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio (Jac. I, 17). Ipsa enim mutabilitas umbra est, quae quasi obscuraret lucem, si hanc per aliquas vicissitudines permutaret. Sed quia in Deo mutabilitas non venit, nulla ejus lumen umbra vicissitudinis intercidit. Bene autem dicitur: Coeli non sunt mundi in conspectu ejus, quia per semetipsos ante districtum Dei judicium nec ipsi esse mundi ad perfectum possunt qui munditiae praedicatores fiunt, Joanne attestante, qui ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus (I Joan. I, 8). Si igitur inter sanctos illius nemo immutabilis est, et coeli in conspectu ejus non sunt mundi, quis apud se de justitiae opere praesumat? Unde et subditur:

Caput XXXIV

[Rec. XVIII].

CAPÍTULO XXXII.

VERS. 14.---¿Qué es el hombre, para que sea inmaculado?

37. El hombre surgido del suelo (humus) y de una mujer, ¿quién podrá ser sin mancha?---Pues por el hecho mismo de que se le llama hombre (homo), se le expresa como terrenal y débil: pues el hombre (homo) fue llamado así por el suelo (humo). ¿Y cómo puede ser sin mancha quien por su propia voluntad cayó en la debilidad habiendo sido hecho de la tierra? Donde también se añade:---IBID.---Y para que aparezca justo el nacido de mujer. Pues la mujer propinó al varón la primera injusticia en el paraíso. ¿Cómo, pues, aparecerá justo quien nació de aquella que existió como propinadora de la injusticia? Sigue:

CAPÍTULO XXXIII.

VERS. 15.---He aquí que entre sus santos nadie es inmutable, y los cielos no son limpios en su presencia.

57. Solo entonces nos aprovechan las limosnas cuando lloramos y abandonamos los pecados. Cuantas veces después de la culpa hacemos limosnas, damos como un precio por los actos depravados. Por lo cual también se dice por el Profeta sobre aquel que no hace esto: No dará a Dios su propiciación, ni el precio de la redención de su alma (Sal. 48, 8, 9). A veces, en verdad, los ricos elados oprimen a los inferiores, arrebatan lo ajeno, y sin embargo dan como ciertas cosas a otros; y aunque depriman a muchos, a veces llevan la ayuda de la defensa a algunos, y parecen dar un precio por las iniquidades que nunca abandonan. Pero entonces el precio de la limosna nos libra de las culpas, cuando lloramos y abandonamos lo perpetrado. Pues quien tanto quiere siempre pecar, como casi siempre dar limosna, en vano da el precio, porque no redime el alma, a la cual no refrena de los vicios. Por lo cual ahora se dice: No crea, vanamente engañado por el error, que ha de ser redimido con algún precio. Porque la limosna del rico soberbio no puede redimirlo, la cual la rapiña del pobre perpetrada simultáneamente no permite ascender ante los ojos de Dios. [Vet. XXV.] Lo cual tal vez puede entenderse de otro modo, porque a menudo los ricos soberbios cuando dan limosna, no dan esta por el deseo de la vida eterna, sino por extender la vida temporal; creen que pueden diferir la muerte con donaciones, pero no crea, vanamente engañado por el error, que ha de ser redimido con algún precio, porque no puede obtener del don entregado el evadir el fin debido, cuya malicia también interrumpe la vida. Por lo cual también se añade:

CAPÍTULO LII.

VERS. 32.---Antequam dies ejus impleantur peribit, et manus ejus arescent.

58. Praefixi dies singulis, nec augeri possunt nec minui. Qui longiores sperat, antequam impleantur, perit. ---Praefixi dies singulis ab interna Dei praescientia nec augeri possunt, nec minui, nisi contingat ut ita praesciantur, ut aut cum optimis operibus longiores sint, aut cum pessimis breviores, sicut Ezechias augmentum dierum meruit impensione lacrymarum; et sicut de perversis scriptum est: Indisciplinatis obviat mors. Sed saepe iniquus, quamvis in occulta Dei praescientia longa vitae ejus tempora non sint praedestinata, ipse tamen quia carnaliter vivere appetit, longo animo dies proponit. Et quia ad illud tempus pervenire non valet quod exspectat, quasi antequam dies illius impleantur perit. Quod tamen intelligere et aliter possumus. Plerumque enim quosdam cernimus et perverse agere, et usque ad senectutem ultimam pervenire. Quomodo ergo dicitur: Antequam dies ejus impleantur peribit, cum in quibusdam saepe videamus quia aetate longa jam membra deficiunt, et tamen pravitatem suam eorum desideria exsequi non desistunt?

59. Post conversionem exteriora repetens ab omni boni operis statu eradicatur. --- Sunt namque nonnulli qui post vitam perditam ad semetipsos redeunt, et, accusante se conscientia, perversa itinera relinquunt, commutant opera, antiquae suae pravitati contradicunt, terrenas actiones fugiunt, desideria superna sectantur; sed priusquam in eisdem sanctis desideriis solidentur, per torporem mentis ad ea quae dijudicare coeperant redeunt, atque ad mala quae fugere disposuerant recurrunt. Quia enim saepe contingit ut pro utilitate multorum etiam sancti viri exterioribus actibus serviant, et populorum gubernationibus occupentur, hoc infirmi aspicientes, et per vetustam adhuc superbiam quaerentes imitari, exterioribus se actionibus inserunt; sed quanto ad eas non eruditi spiritalibus veniunt, tanto eas carnaliter exsequuntur. Nisi enim prius cor longo studio et diutina conversatione in desideriis coelestibus convalescat, cum ad exteriora agenda refunditur, ab omni statu boni operis eradicatur. Unde recte quoque de hoc iniquo dicitur: Antequam dies ejus impleantur peribit. Quia et si quid boni fortasse coeperit agere, priusquam in eo per longitudinem temporis convalescat, ad exteriora relabitur, et perverse deserit quae recte inchoasse videbatur. Unde et apte subditur: Et manus ejus arescent. Quia dum exterioribus actibus intempestive involvitur, ab omni nimirum bona operatione siccatur. Unde adhuc bene subditur:

VERSÍCULO 32. --- Antes que sus días se cumplan perecerá, y sus manos se secarán.

58. Los días prefijados para cada uno, ni pueden aumentarse ni disminuirse. Quien espera días más largos, antes que se cumplan, perece. --- Los días prefijados para cada uno por la interna presciencia de Dios ni pueden aumentarse ni disminuirse, a menos que suceda que sean de tal modo prescritos, que o sean más largos con las mejores obras, o más cortos con las peores, así como Ezequías (Ezechias) mereció el aumento de sus días por la efusión de sus lágrimas; y como está escrito de los perversos: La muerte sale al encuentro de los indisciplinados. Pero a menudo el inicuo, aunque en la oculta presciencia de Dios no estén predestinados largos tiempos de su vida, él mismo, porque apetece vivir carnalmente, se propone días con un ánimo de largo alcance. Y porque no puede llegar a aquel tiempo que espera, perece como antes de que sus días se cumplan. Lo cual, sin embargo, podemos entender también de otro modo. Pues frecuentemente vemos a algunos obrar perversamente y llegar hasta la extrema vejez. ¿Cómo, pues, se dice: Antes que sus días se cumplan perecerá, cuando en algunos vemos a menudo que por la larga edad ya fallan los miembros, y sin embargo sus deseos no desisten de seguir su depravación?

59. Quien vuelve a las cosas exteriores después de la conversión es erradicado de todo estado de buena obra. --- Pues hay algunos que después de una vida perdida vuelven a sí mismos, y acusándoles su conciencia, abandonan los caminos perversos, cambian sus obras, contradicen su antigua depravación, huyen de las acciones terrenas, siguen los deseos celestiales; pero antes de que se solidifiquen en esos mismos santos deseos, por el torpor de la mente vuelven a aquellas cosas que habían empezado a juzgar, y recurren a los males que habían dispuesto huir. Porque como sucede a menudo que para utilidad de muchos incluso los varones santos sirven en actos exteriores, y se ocupan en los gobiernos de los pueblos, los débiles viendo esto, y buscando imitarlo por la vieja soberbia todavía persistente, se insertan en las acciones exteriores; pero cuanto más vienen a ellas no instruidos en lo espiritual, tanto más carnalmente las ejecutan. Pues a menos que primero el corazón convalezca en los deseos celestiales por largo estudio y diaria conversación, cuando se derrama hacia lo exterior para obrar, es erradicado de todo estado de buena obra. Por lo cual rectamente se dice también de este inicuo: Antes que sus días se cumplan perecerá. Porque aunque tal vez haya comenzado a obrar algo bueno, antes de que en ello convalezca por la longitud del tiempo, recae en lo exterior, y desertar perversamente lo que parecía haber comenzado rectamente. Por lo cual también se añade aptamente: Y sus manos se secarán. Porque mientras se involucra intempestivamente en actos exteriores, sin duda se seca de toda buena operación. Por lo cual todavía se añade bien:

Caput LIII

[Rec. XXIV].

VERS. 33, 34.---Laedetur quasi vinea in primo flore botrus ejus, et quasi oliva projiciens florem suum. Congregatio enim hypocritae sterilis.

60. Hypocritae bona opera cur arefiant. Quam periculose qui in virtute infirmi sunt, praesint. ---Notandum quod sic de hoc iniquo generaliter loquitur, ut tamen divinus sermo ad specialem ejus nequitiam derivetur. Qui enim dicens: Laedetur quasi vinea in primo flore botrus ejus, et quasi oliva projiciens florem suum, protinus subdit: Congregatio enim hypocritae sterilis, patenter indicat quia in hoc iniquo reprobationis sententiam contra ejus hypocrisim ferat. [Vet. XXVI.] Sed 415 nunc pensandum nobis est qualiter hypocrita sicut vinea in primo flore, vel sicut oliva florem projiciens laedatur. Si florentem vineam per inaequalitatem aeris immoderatum frigus attigerit, protinus ab omni humore viriditatis arefacit. Et sunt nonnulli qui post perversa itinera sanctas vias sectari appetunt, sed priusquam in eis, ut diximus, desideria bona roborentur, quaedam illos praesentis saeculi prosperitas accipit, quae eos rebus exterioribus implicat, et eorum mentem dum a calore intimi amoris retrahit, quasi ex frigore exstinguit, et quidquid in eis de virtutum flore apparere videbatur, interficit. In terrenis quippe actibus valde frigescit animus, si necdum fuerit per intima dona solidatus. Unde necesse est ut loca majora vel exteriora opera, quae humanis sunt necessitatibus profutura, illi exercenda suscipiant, qui haec dijudicare, atque sub semetipsis premere ex virtute intima noverunt. Nam cum infirmus quisque vel ad locum regiminis, vel ad exteriora agenda retrahitur, quo quasi extra se ducitur, eradicatur, quia et arbor quae radices in altum prius non mittit, citius ventorum impetu sternitur, si se ad altum vertice extollit; eoque citius ad ima corruit, quo altius in aere sine radicibus excrevit. Nonnunquam vero florentem vineam non frigus, sed aestus arefacit. Cumque immoderato calore tangitur, discusso flore botrus tabescit. Et plerumque contingit ut hi qui ad bona opera recta intentione non veniunt, cum placere se hominibus vident, ad exercenda haec eadem opera vehementius accendantur, humanis placitura oculis agere anxie studeant, et quasi in sancto studio fervescant. Quis itaque istos nisi in flore aestus contigit, quos humanae laudis appetitio a fructu alienos fecit? Unde et bene subditur: Et quasi oliva projiciens florem suum. Oliva quippe cum in flore est, si immoderata nebula tangitur, a plenitudine fructuum vacuatur.

Capítulo LIII

[Rec. XXIV].

VERSÍCULOS 33, 34. --- Será dañado su racimo como viña en su primera flor, y como olivo que arroja su flor. Porque la congregación del hipócrita es estéril.

60. Por qué se agostan las buenas obras del hipócrita. Cuán peligrosamente presiden quienes son débiles en la virtud. --- Debe notarse que de tal modo habla generalmente de este inicuo, que sin embargo el sermón divino se deriva hacia su especial malicia. Pues quien diciendo: Será dañado su racimo como viña en su primera flor, y como olivo que arroja su flor, inmediatamente añade: Porque la congregación del hipócrita es estéril, indica patentemente que en este inicuo dicta sentencia de reprobación contra su hipocresía. [Vet. XXVI.] Pero ahora debemos considerar cómo el hipócrita es dañado como viña en primera flor, o como olivo que arroja su flor. Si un frío inmoderado, por la desigualdad del aire, toca a la viña floreciente, inmediatamente la agosta de todo humor de verdor. Y hay algunos que después de caminos perversos desean seguir las vías santas, pero antes de que en ellos, como dijimos, se robustezcan los buenos deseos, los recibe cierta prosperidad del presente siglo, que los implica en cosas exteriores, y mientras retrae su mente del calor del amor íntimo, la extingue como por el frío, y mata cualquier cosa que en ellos parecía aparecer de la flor de las virtudes. Ciertamente en los actos terrenos se enfría mucho el ánimo, si aún no ha sido solidificado por los dones íntimos. Por lo cual es necesario que aquellos asuman el ejercicio de lugares mayores o de obras exteriores, que han de aprovechar a las necesidades humanas, que han aprendido a juzgar estas cosas y a someterlas bajo sí mismos por la virtud íntima. Pues cuando cualquier débil es retraído o al lugar del régimen, o a obrar cosas exteriores, por lo cual es conducido como fuera de sí, es erradicado, porque también el árbol que primero no envía las raíces a lo profundo, más pronto es derribado por el ímpetu de los vientos, si se eleva a lo alto con su copa; y tanto más pronto cae a lo profundo, cuanto más alto creció en el aire sin raíces. A veces, en verdad, no el frío, sino el calor agosta la viña floreciente. Y cuando es tocada por un calor inmoderado, sacudida la flor, el racimo se consume. Y frecuentemente sucede que estos que no vienen a las buenas obras con recta intención, cuando ven que agradan a los hombres, se encienden más vehementemente para ejercitar estas mismas obras, y estudian ansiosamente hacer cosas que han de agradar a los ojos humanos, y como que se enardecen en el santo estudio. ¿A quiénes, pues, sino el calor tocó a estos en su flor, a quienes el deseo de la alabanza humana hizo ajenos al fruto? Por lo cual también se añade bien: Y como olivo que arroja su flor. El olivo ciertamente cuando está en flor, si es tocado por una niebla inmoderada, se vacía de la plenitud de los frutos.

Et quoties inchoantes quique bona opera laudari ab aspicientibus coeperint, atque in suis laudibus delectari, fit caligo intelligentiae in cogitatione, ut jam discernere nequeant qua intentione quid faciant, et fructum perdant operis, velut ex nebula favoris. Unde bene per Salomonem dicitur: Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt (Cant. II, 12). Florent quippe vineae cum mentes fidelium bona opera proponunt. Sed fructus non pariunt, si ab eo quod proposuerint aliquibus victi erroribus infirmantur.

[Vet. XXVII.] 61. In bonis operibus attendi non debet initium, sed finis. ---Non ergo intuendum est si vineae floreant, sed si flores ad partum fructuum convalescant, quia mirum non est si quis bona inchoet, sed valde mirabile est si intentione recta in bono opere perduret. Unde fit plerumque ut si in bono opere recta intentio non tenetur, etiam ipsum hoc opus quod bonum creditur amittatur. Nam quosdam saepe vidimus terrena quae possederant reliquisse, et nil jam transitorium quaerere, nullis pro hac vita jurgiis immisceri. Cum itaque hoc in se fidelis anima ostendit, quasi oliva florem protulit. Sed cum quidam ex talibus rursus coeperint mundi gloriam quam contempserant quaerere, et terrenis rebus quas sprevisse videbantur insatiabiliter inhiare, vacare jurgiis, proximorum laesiones exquirere, nimirum projecit 416 oliva florem quem proposuit, quia rudimenta boni studii ad perfecta opera non perduxit. Sed sciendum est quia haec semper eis eveniunt qui Deum puro ac simplici studio non sequuntur. Unde recte subditur: Congregatio enim hypocritae sterilis. Coepta enim bona non amitteret, si hypocrita non fuisset. Congregant vero et hypocritae bona opera, sed eorum sterilis est ipsa congregatio, quia per hoc quod agunt fructum recipere in aeterna retributione non appetunt. Fecundi ac virides in suis operibus humanis oculis videntur, sed in conspectu occulti judicis infecundi et aridi apparent. Saepe vero, aestu avaritiae accensi, eo majora de se opera humanis oculis ostendunt, quo ampliora sibi ab hominibus offerri munera appetunt. Unde adhuc subditur:

Caput LIV

[Rec. XXV].

VERS. 34.---Et ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt.

Y cuantas veces cualesquiera que comienzan buenas obras empezaren a ser alabados por quienes los miran, y a deleitarse en sus propias alabanzas, se hace calígine de la inteligencia en el pensamiento, de modo que ya no pueden discernir con qué intención hacen lo que hacen, y pierden el fruto de la obra, como por la niebla del favor. Por lo cual bien se dice por Salomón: Levantémonos de mañana a las viñas, veamos si floreció la viña, si las flores paren frutos (Cant. 7, 12). Florecen ciertamente las viñas cuando las mentes de los fieles proponen buenas obras. Pero no paren frutos, si por algunos errores vencidos se debilitan de aquello que habían propuesto.

[Vet. XXVII.] 61. En las buenas obras no debe atenderse al inicio, sino al fin. --- Por lo tanto, no debe mirarse si las viñas florecen, sino si las flores convalecen para el parto de los frutos; porque no es maravilla si alguien comienza cosas buenas, pero es muy admirable si perdura en la buena obra con recta intención. De donde sucede frecuentemente que, si no se tiene recta intención en la buena obra, incluso esta misma obra que se cree buena se pierde. Pues a menudo hemos visto a algunos haber dejado las cosas terrenas que poseían, y no buscar ya nada transitorio, ni mezclarse en ningunas contiendas por esta vida. Cuando, por tanto, el alma fiel muestra esto en sí, produjo como la flor del olivo. Pero cuando algunos de tales de nuevo empezaren a buscar la gloria del mundo que habían despreciado, y a anhelar insaciablemente las cosas terrenas que parecían haber despreciado, a vacar en contiendas, a buscar las ofensas de los prójimos, sin duda el olivo arrojó la flor que propuso, porque no condujo los rudimentos del buen estudio a las obras perfectas. Pero debe saberse que estas cosas siempre les suceden a quienes no siguen a Dios con un estudio puro y sencillo. Por lo cual rectamente se añade: Porque la congregación del hipócrita es estéril. Pues no perdería los bienes comenzados, si no hubiera sido hipócrita. También los hipócritas congregan ciertamente buenas obras, pero su congregación misma es estéril, porque por aquello que hacen no apetecen recibir el fruto en la eterna retribución. Fecundos y verdes parecen en sus obras a los ojos humanos, pero en el conspecto del oculto juez aparecen infecundos y secos. A menudo, en verdad, encendidos por el calor de la avaricia, tanto mayores obras muestran de sí a los ojos humanos, cuanto más amplios dones apetecen que se les ofrezcan por los hombres. Por lo cual todavía se añade:

Capítulo LIV

[Rec. XXV].

VERSÍCULO 34. --- Y el fuego devorará los tabernáculos de aquellos que reciben dones libremente.

62. Parum est munus a manu non recipere nisi munus ab ore respuamus. ---Sicut enim corpus in tabernaculo, sic mens habitat in cogitatione. Sed ignis tabernacula devorat cum aestus avaritiae cogitationes devastat. Et fit plerumque ut hypocrita aurum vel quaeque bona corporalia ab hominibus accipere contemnat, sed quia haec non accipit, majores ab eis recipere laudes quaerat; et fortasse munus se accepisse non aestimat, quia bona corporalia recipere recusat. Unde sciendum est quia aliquando munus a manu, aliquando vero ab ore porrigitur. Nam qui nummum tribuit, munus ex manu dedit; qui autem verbum laudis impendit, munus ab ore protulit. Hypocrita itaque etsi exteriora dona, quae terrenae forsitan necessitati congruunt, accipere recusat, plus est quod sibi retribui appetit, cum, ultra meritum laudari desiderans, munus ab ore quaerit. Et quia in ipso laudis appetitu nimio cor ardore succenditur, dicatur recte: Et ignis devorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt.

[Vet. XXVIII.] 63. His muneribus delectantes ignis devorabit. ---Sin vero eorum tabernacula corpora debemus accipere, in quibus illorum animae habitant, ignis eorum tabernacula devorat, quia qui hic in mente ardent igne avaritiae, illic etiam in carne concremantur ignibus gehennae, et quia mens hypocritae nunquam vacat a malitiae cogitatione; nam sive terrena quaeque, seu laudem appetat, haec aliis invidet quae sibi tribui anhelat; et tanto caeteros ostendere perversos molitur, quanto videri sanctior omnibus appetit, ut ex eo quod alii despicabiles fiunt, ipse reverentior semper appareat. Unde fit ut de opinione proximi ante humana judicia, linguae suae laqueos praetendat, ut eorum quibus placere appetit solus aestimationem capiat. Unde et sequitur:

CAPUT LV.

VERS. 35.---Concepit dolorem, et peperit iniquitatem, et uterus ejus praeparat dolos.

64. Dolorem concipit qui perversa cogitat, iniquitatem pariturus. ---Dolorem quippe concipit cum perversa cogitat. Iniquitatem parit cum explere coeperit quod cogitavit. Invidendo dolorem concipit, derogando iniquitatem parit. Gravis quippe est iniquitas quando is qui perversus est ostendere alios perversos molitur, ut inde ipse quasi sanctus appareat, quod alios sanctos non esse docuerit. Lux enim gratiae, quae desuper venit, spiraculum homini praestat ad vitam.

62. Poco es no recibir el don de la mano si no rechazamos el don de la boca. --- Pues así como el cuerpo habita en el tabernáculo, así la mente habita en el pensamiento. Pero el fuego devora los tabernáculos cuando el calor de la avaricia devasta los pensamientos. Y sucede frecuentemente que el hipócrita desprecia recibir de los hombres el oro o cualesquiera bienes corporales, pero porque no recibe estos, busca recibir de ellos mayores alabanzas; y tal vez no estima haber recibido un don, porque rehúsa recibir bienes corporales. Por lo cual debe saberse que a veces el don es alargado por la mano, a veces en verdad por la boca. Pues quien da una moneda, dio el don de la mano; pero quien emplea una palabra de alabanza, profirió el don de la boca. El hipócrita, por tanto, aunque rehúse recibir dones exteriores, que tal vez convienen a la necesidad terrena, es más lo que apetece que se le retribuya, cuando, deseando ser alabado sobre el mérito, busca el don de la boca. Y porque en ese mismo deseo excesivo de alabanza el corazón se enciende con ardor, dígase rectamente: Y el fuego devorará los tabernáculos de aquellos que reciben dones libremente.

[Vet. XXVIII.] 63. El fuego devorará a los que se deleitan en estos dones. --- Pero si debemos tomar sus tabernáculos por los cuerpos, en los cuales habitan sus almas, el fuego devora sus tabernáculos, porque los que aquí arden en la mente con el fuego de la avaricia, allí también son quemados en la carne por los fuegos de la gehena; y porque la mente del hipócrita nunca está vacía del pensamiento de la malicia; pues ya sea que apetezca cualesquiera cosas terrenas o la alabanza, envidia estas a otros, las cuales anhela que se le den a sí mismo; y tanto se esfuerza por mostrar a los demás perversos, cuanto apetece parecer más santo que todos, para que de aquello que los demás se hacen despreciables, él mismo parezca siempre más reverendo. De donde sucede que sobre la opinión del prójimo ante los juicios humanos, tiende los lazos de su lengua, para que él solo capte la estimación de aquellos a quienes apetece agradar. Por lo cual también sigue:

CAPÍTULO LV.

VERSÍCULO 35. --- Concibió el dolor, y parió la iniquidad, y su útero prepara engaños.

64. Concibe el dolor quien piensa cosas perversas, habiendo de parir la iniquidad. --- Ciertamente concibe el dolor cuando piensa cosas perversas. Pare la iniquidad cuando ha comenzado a cumplir lo que pensó. Envidiando concibe el dolor, detractando pare la iniquidad. Pesada es ciertamente la iniquidad cuando aquel que es perverso se esfuerza por mostrar a los demás perversos, para que de ello él mismo parezca como santo, porque habrá enseñado que los demás no son santos. Pues la luz de la gracia, que viene de arriba, presta el soplo al hombre para la vida.

Quae videlicet lux omnia secreta ventris investigare dicitur, quia occulta mentis penetrat, ut ea quae de seipsa latebant animam, ante ejus oculos flendo reducat. Hinc Jeremias ait: Ventrem meum, ventrem meum doleo (Jerem. IV, 19). Qui ut ventrem suum quid dixisset ostenderet, adjunxit: Sensus cordis mei turbati sunt. Uteri itaque nomine recte mens accipitur, quia sicut proles in utero concipitur, sic cogitatio 418 in mente generatur; et sicut in ventre cibi, ita continentur in mente cogitationes. Uterus itaque hypocritae praeparat dolos, quia tanto semper majorem malitiam contra proximos in mente concipit, quanto solus prae omnibus videri innocentior quaerit. Haec idcirco Eliphaz protulit, quia beatum Job tanto percussum verbere propter hypocrisim putavit. Sed ejus verba etsi multis congruunt, ab ipso solo aliena sunt pro quo solo dicebantur, quia sanctus vir nihil in suis actibus duplicitatis habuit, quem testis veritas de cordis simplicitate laudavit.

La cual luz, a saber, se dice que investiga todos los secretos del vientre, porque penetra lo oculto de la mente, para que aquellas cosas que de sí misma se le ocultaban al alma, las reduzca ante sus ojos llorando. De aquí dice Jeremías: Me duele mi vientre, mi vientre (Jer. 4, 19). Quien para mostrar qué había llamado su vientre, añadió: Los sentidos de mi corazón están turbados. Por el nombre del útero, por tanto, rectamente se toma la mente, porque así como la prole se concibe en el útero, así el pensamiento se genera en la mente; y como los alimentos en el vientre, así se contienen en la mente los pensamientos. El útero del hipócrita, por tanto, prepara engaños, porque tanto mayor malicia concibe siempre en la mente contra los prójimos, cuanto más busca parecer él solo más inocente que todos. Estas cosas profirió Elifaz por esto, porque pensó que el bienaventurado Job había sido golpeado con tan gran azote a causa de la hipocresía. Pero sus palabras, aunque convienen a muchos, son ajenas a aquel solo por quien solo se decían, porque el varón santo nada de duplicidad tuvo en sus actos, a quien la Verdad como testigo alabó por la simplicidad del corazón.

Liber D

ECIMUS TERTIUS.

In quo capitum XVI et XVII libri Job brevis expositio moralis et typica continetur.

CAPUT PRIMUM.

1. Sancti quos admonendo corrigere non possunt, patiendo tolerant. ---Esse hoc perversorum proprium solet, quod sua mala per convicium bonis ingerant, priusquam de eis ipsi veraciter accusentur; et dum metuunt increpari de his quae faciunt, adversantes suis pravitatibus justos haec facere testantur. Sancti autem viri patienter audiunt etiam quae se nunquam fecisse meminerunt, quamvis ea mala quae sibi ingeri conspiciunt ab ipsis suis criminatoribus noverint perpetrata; et cum eos praedicando corrigere non possunt, patiendo tolerant, quatenus si fructum conversionis eorum non valent, ex ipsis tamen praemium longanimitatis acquirant. Unde et sancta Ecclesia David prophetae vocibus dicit: Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores (Psal. CXXVIII, 3), quia videlicet dum haereticos vel quoslibet reprobos, quos corrigere non valet, tolerat, facta peccantium supra dorsum portat. Beatus itaque Job videns Eliphaz amicum suum multa contra se de hypocrisi conquerentem, qui ex consolationis verbis ad amaritudinem increpationis eruperat, et simulatus consolator apparebat, per patientiam suam typum servat Ecclesiae, quae novit talia audiendo tolerare, et, cum ejus sermo admittitur, ratiocinando destruere, et dicit:

Caput II.

[Rec II].

CAP. XVI, VERS. 2.---Audivi frequenter talia.

Libro D

ECIMOTERCERO.

En el cual se contiene una breve exposición moral y típica de los capítulos XVI y XVII del libro de Job.

CAPÍTULO PRIMERO.

1. Los santos toleran sufriendo a quienes no pueden corregir amonestando. --- Esto suele ser propio de los perversos, el que arrojen sus propios males sobre los buenos mediante el oprobio, antes de que ellos mismos sean verazmente acusados de ellos; y mientras temen ser increpados de aquellas cosas que hacen, testifican que los justos que se oponen a sus depravaciones hacen estas cosas. Pero los varones santos oyen pacientemente incluso aquellas cosas que no recuerdan haber hecho nunca, aunque sepan que aquellos males que ven arrojárseles fueron perpetrados por esos mismos criminadores suyos; y cuando no pueden corregirlos predicando, los toleran sufriendo, a fin de que, si no pueden obtener el fruto de su conversión, adquieran sin embargo de ellos el premio de la longanimidad. De donde también la santa Iglesia dice con las voces del profeta David: Sobre mi espalda fabricaron los pecadores (Sal. 128, 3), porque a saber, mientras tolera a los herejes o a cualesquiera réprobos que no puede corregir, lleva los hechos de los pecadores sobre su espalda. El bienaventurado Job, pues, viendo a su amigo Elifaz quejarse mucho contra él sobre la hipocresía, quien de las palabras de consolación había prorrumpido en la amargura de la increpación, y aparecía como un consolador simulado, por su paciencia conserva el tipo de la Iglesia, la cual sabe tolerar tales cosas oyendo, y, cuando su sermón es admitido, destruirlas razonando, y dice:

Capítulo II

[Rec II].

CAP. XVI, VERS. 2. --- Frecuentemente he oído tales cosas.

2. Job typus Ecclesiae a fictis amicis oppressae, consolatores simulantibus. A consolatoriis verbis ad increpatoria amici Job eruperant. ---Electi quippe frequenter aliena mala quasi sua audiunt, et ab his eis crimen impingitur a quibus crimina impacta perpetrantur. Hac autem responsione beatus Job illud Ecclesiae tempus significat quo, oppressa ab adversariis, temporali eorum potentia quasi dejecta creditur. Unde sequitur:---IBID.---Consolatores onerosi omnes vos estis. Sive enim haeretici, seu pravi quilibet, cum laborare bonos in adversitate conspiciunt, in eo quod illos consolari appetunt, mala eis persuadere conantur. Unde non immerito bonorum mentibus onerosa fit eorum consolatio, quia inter verba dulcedinis virus propinare cupiunt erroris; et dum dictis lenibus dolores quasi levigant, peccati onus imponere festinant. Sed electi viri etiam cum temporali gloria privantur, interni vigorem judicii non amittunt. Nam sciunt et foris adversa perpeti, et tamen interius infracti recta sine pavore defendere. Unde subjungitur:

CAPUT III

VERS. 3.---Nunquid habebunt finem verba ventosa?

3. Verba sana, propter elationem eorum a quibus proferuntur aliquando ventosa. Lugens non increpandus.---Ventosa enim verba sunt quae inflationi temporali potius quam rectitudini serviunt. Saepe autem mali etiam bona dicunt; sed quia bene non dicunt, ventosa verba proferunt. Nam dicta eorum et si quando sana sunt per sententiam, inflata tamen sunt per elationem. [Vet. II.] In hoc vero quod dictum est: Consolatores onerosi omnes vos estis, quid aliud beati Job magisterio docemur, nisi ut quisque perpendere sollicite sciat ne luctus tempore verba increpationis inferat? Si enim sunt quaedam quae increpari jure debeant, in afflictione postponenda sunt, ne consolator increpando dolorem augeat, quem lenire proposuerat. Sequitur:

CAPUT IV.

IBID.---Aut aliquid tibi molestum est, si loquaris?

2. Job es tipo de la Iglesia oprimida por amigos ficticios, que simulan ser consoladores. De las palabras consolatorias a las increpatorias habían prorrumpido los amigos de Job. --- Ciertamente los electos frecuentemente oyen los males ajenos como si fueran suyos, y se les imputa un crimen por aquellos por quienes los crímenes imputados son perpetrados. Por esta respuesta, además, el bienaventurado Job significa aquel tiempo de la Iglesia en el que, oprimida por los adversarios, se cree que está como derribada por la potencia temporal de ellos. Por lo cual sigue: --- IBID. --- Consoladores onerosos sois todos vosotros. Pues ya sean los herejes, o cualesquiera depravados, cuando ven a los buenos trabajar en la adversidad, en aquello que apetecen consolarlos, intentan persuadirles males. Por lo cual no inmerecidamente se hace onerosa la consolación de ellos para las mentes de los buenos, porque entre palabras de dulzura desean propinar el virus del error; y mientras con dichos suaves como que alivian los dolores, se apresuran a imponer la carga del pecado. Pero los varones electos, incluso cuando son privados de la gloria temporal, no pierden el vigor del juicio interno. Pues saben tanto padecer adversidades fuera, como sin embargo, quebrantados por dentro, defender lo recto sin temor. Por lo cual se añade:

CAPÍTULO III.

VERSÍCULO 3. --- ¿Acaso tendrán fin las palabras ventosas?

3. Las palabras sanas son a veces ventosas por la elación de aquellos por quienes se profieren. No debe increparse al que está de luto. --- Ciertamente palabras ventosas son las que sirven a la inflación temporal más bien que a la rectitud. A menudo, además, los malos dicen incluso cosas buenas; pero porque no las dicen bien, profieren palabras ventosas. Pues sus dichos, aunque a veces sean sanos por la sentencia, están sin embargo inflados por la elación. [Vet. II.] En esto en verdad que se dijo: Consoladores onerosos sois todos vosotros, ¿qué otra cosa se nos enseña por el magisterio del bienaventurado Job, sino que cada uno sepa sopesar solícitamente para no inferir palabras de increpación en el tiempo del luto? Pues si hay algunas cosas que deban ser increpadas por derecho, han de ser pospuestas en la aflicción, no sea que el consolador increpando aumente el dolor que había propuesto suavizar. Sigue:

CAPÍTULO IV.

IBID. --- ¿O te es algo molesto, si hablas?

4. Justi convicia non reddunt. ---Mali viri cum aliis sibi similibus conviciosa verba proferunt, eo citius obmutescunt, quo de se talia mox audiunt qualia suis auditoribus dicunt. Cum autem bonos viros per conviciosa verba jaculantur, nil eis molestiae ex convicio nascitur, quia contra tacentes loquuntur, nec compelluntur audire quod sunt, quia justi convicia non reddunt, etiam dum coguntur audire quod non sunt. Bene ergo dicitur: Aut aliquid tibi molestum est, si loquaris? Ac si ei aperte diceretur: Eo plus loqueris quo a me molestum aliquid de tua actione non audis. Unde et subditur,---VERS. 4.---Poteram et ego similia vestri loqui. [Rec III.] Narrat justus quid facere potuit; sed ne justitiam deserat, quod facere potuit declinat. Sequitur:

CAPUT V.

VERS. 4-6.---Atque utinam esset anima vestra pro anima mea! consolarer et ego vos sermonibus, et moverem caput meum super vos. Roborarem vos ore meo, et moverem labia mea, quasi parcens vobis.

5. Malis divina flagella quandoque debent optari. ---Aliquando necesse est ut pravis mentibus quae humana praedicatione corrigi nequeunt divina flagella optari benigne debeant. Quod cum magno fit amoris studio, videlicet non errantis poena, sed correptio quaeritur, et oratio potius quam maledictio esse monstratur. In his autem verbis hoc beatus Job monstratur intendere, ut amici, qui dolori illius per charitatem compati nesciebant, ab experimento discerent alienae afflictioni qualiter misereri debuissent; atque, edomiti doloribus, a sua passione traherent consolationem aliis qualiter inferrent; et tunc salubrius intrinsecus viverent, cum aliquid extrinsecus de infirmitate sentirent. Notandum, quod non ait: Utinam esset anima mea pro anima vestra! sed Utinam esset anima vestra pro anima mea! quia profecto sibi malediceret, si se illis fieri similem optaret. Illis vero meliora voluit quos sibi fieri similes quaesivit. Consolamur vero pravos in flagellis constitutos cum de exteriore percussione interiorem in eis convalescere salutem indicamus. [Vet. III.] Caput etiam movemus cum mentem, quae principale nostrum est, ad compassionem inflectimus. Eosque inter flagella roboramus cum doloris eorum vim verbis mitibus lenimus. Sunt namque nonnulli qui dum interna nesciunt de malis exterioribus desperabiliter affliguntur, de quibus per Psalmistam dicitur: In miseriis non subsistent (Psal. CXXXIX, 11). Ille etenim bene novit in exterioribus miseriis subsistere, qui scit semper de spe interna gaudere.

4. Los justos no devuelven oprobios. --- Los varones malos, cuando profieren palabras oprobiosas con otros semejantes a sí, tanto más pronto enmudecen cuanto más pronto oyen de sí tales cosas cuales dicen a sus oyentes. Pero cuando lanzan palabras oprobiosas contra los varones buenos, nada de molestia les nace del oprobio, porque hablan contra quienes callan; ni son compelidos a oír lo que son, porque los justos no devuelven oprobios, incluso mientras son compelidos a oír lo que no son. Bien, pues, se dice: ¿O te es algo molesto, si hablas? Como si se le dijera abiertamente: Tanto más hablas cuanto de mí no oyes algo molesto sobre tu acción. Por lo cual también se añade: --- VERSÍCULO 4. --- También yo podría hablar cosas semejantes a vosotros. [Rec III.] El justo narra lo que pudo hacer; pero para no desertar la justicia, declina lo que pudo hacer. Sigue:

CAPÍTULO V.

VERSÍCULOS 4-6. --- ¡Y ojalá vuestra alma estuviera por mi alma! Yo también os consolaría con sermones, y movería mi cabeza sobre vosotros. Os robustecería con mi boca, y movería mis labios, como perdonándoos.

5. Los azotes divinos a veces deben ser deseados para los malos. --- A veces es necesario que, para las mentes depravadas que no pueden ser corregidas por la predicación humana, los azotes divinos deban ser deseados benignamente. Lo cual, cuando se hace con gran empeño de amor, a saber, cuando no se busca la pena del que yerra, sino la corrección, se muestra que es oración más que maldición. En estas palabras se muestra que el bienaventurado Job pretende esto: que los amigos, que no sabían compadecerse de su dolor por caridad, aprendieran por la experiencia cómo debieron haberse compadecido de la aflicción ajena; y, domados por los dolores, sacaran de su propia pasión cómo inferir consuelo a otros; y entonces vivirían más saludablemente por dentro, cuando sintieran algo por fuera de la enfermedad. Hay que notar que no dice: ¡Ojalá mi alma estuviera por vuestra alma!, sino ¡Ojalá vuestra alma estuviera por mi alma!, porque ciertamente se maldeciría a sí mismo si deseara hacerse semejante a ellos. Pero quiso cosas mejores para aquellos a quienes buscó que se hicieran semejantes a sí mismo. Consolamos, pues, a los malos constituidos en azotes cuando indicamos que, por la percusión exterior, la salud interior convalece en ellos. [Vet. III.] Movemos también la cabeza cuando inclinamos la mente, que es nuestro principio rector, a la compasión. Y los robustecemos entre los azotes cuando mitigamos la fuerza de su dolor con palabras suaves. Pues hay algunos que, mientras no conocen las cosas internas, se afligen desesperadamente por los males exteriores, de los cuales se dice por el Salmista: En las miserias no subsistirán (Sal. 139, 11). Aquel, en efecto, sabe bien subsistir en las miserias exteriores, que sabe gozar siempre de la esperanza interna.

6. Aliquando malis quasi parcens non parcit, et quasi non parcens parcit Ecclesia. ---Quod vero non ait Parcens, sed Quasi parcens vobis, nequaquam hoc negligenter praetereundum puto, quia sancta Ecclesia disciplinae vigorem cum permistione mansuetudinis servans, aliquando malis et quasi parcens non parcit, aliquando vero et quasi non parcens parcit. Quod melius ostendimus, si ipsa quae plerumque accidunt proferamus. Ponamus itaque ante oculos mentis duos pravos in sancta Ecclesia esse constitutos, quorum sit unus potens et protervus, alter mitis et subditus. Si qua miti et subdito culpa subripuerit, hanc protinus increpando praedicator insequitur et corripit, eumque corripiendo, a culpa liberat, atque ad viam rectitudinis reformat. Quid itaque huic nisi non parcens pepercit, quia dum correptionis verbum non distulit, citius hunc a culpa liberavit? Libere enim arguens non pepercit, sed in eo quod correxit pepercit. At contra potens et protervus, cum aliquid perpetrasse cognoscitur, tempus quaeritur ut de malo quod fecit increpetur. Nisi enim praedicator sustineat quando ferre congrue correptionem possit, auget in eo malum quod insequitur. Saepe enim contingit ut talis sit qui nulla increpationis verba suspiciat. Quid itaque in hujus culpa praedicatori agendum est, nisi ut in sermone admonitionis, quem pro communi salute omnium auditorum facit, tales culpas ad medium deducat quales eum perpetrasse considerat qui et praesto est, et de se solo adhuc argui non potest, ne deterior fiat? Et cum generaliter contra culpam invectio intenditur, correptionis verbum libenter ad mentem ducitur, quia potens pravus ignorat quod sibi hoc specialiter dicatur. Quid itaque isti praedicator suus nisi parcens minime pepercit, cui et specialiter correptionis verba non intulit, et tamen vulnus illius sub communi admonitione percussit? Unde fit plerumque ut eo vehementius perpetratam culpam lugeat, quo reatum suum et cum se percussum sentiat nesciri putat.

[Vet. IV.] 7. Protervi qua discretione corripiendi. ---Magna itaque praedicationis arte agendum est ut qui ex aperta correptione deteriores fiunt quodam temperamento correptionis ad salutem redeant. Unde etiam Paulus dicit: Quae putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circumdamus; et quae inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent; honesta autem nostra nullius egent (I Cor. XII, 23).

6. A veces la Iglesia, como perdonando, no perdona, y como no perdonando, perdona a los malos. --- En cuanto a que no dice Perdonando, sino Como perdonándoos, de ninguna manera pienso que esto deba pasarse por alto negligentemente, porque la santa Iglesia, conservando el vigor de la disciplina con una mezcla de mansedumbre, a veces, como perdonando a los malos, no perdona, y a veces, como no perdonando, perdona. Lo cual mostramos mejor si proferimos aquellas cosas que frecuentemente ocurren. Pongamos, pues, ante los ojos de la mente a dos malos constituidos en la santa Iglesia, de los cuales uno sea poderoso y protervo, el otro manso y súbdito. Si alguna culpa sorprendiera al manso y súbdito, el predicador la persigue y corrige inmediatamente increpando, y corrigiéndolo lo libera de la culpa y lo reforma al camino de la rectitud. ¿Qué, pues, hizo por este sino perdonarlo no perdonando, porque mientras no dilató la palabra de corrección, más pronto lo libró de la culpa? Pues arguyendo libremente no perdonó, pero perdonó en aquello que corrigió. Pero, por el contrario, el poderoso y protervo, cuando se conoce que ha perpetrado algo, se busca el tiempo para que sea increpado por el mal que hizo. Pues a menos que el predicador espere cuando aquel pueda recibir congruentemente la corrección, aumenta en él el mal que persigue. Pues a menudo sucede que tal sea aquel que no acepte ninguna palabra de increpación. ¿Qué debe hacerse, pues, por el predicador en la culpa de este, sino que en el sermón de amonestación, que hace para la salud común de todos los oyentes, saque a relucir tales culpas cuales considera que ha perpetrado aquel que está presente, y que aún no puede ser argüido por sí solo, para que no se haga peor? Y cuando la invectiva se dirige generalmente contra la culpa, la palabra de corrección es llevada gustosamente a la mente, porque el poderoso malo ignora que esto se le dice a él especialmente. ¿Qué, pues, hizo por este su predicador sino mínimamente perdonarlo perdonando, a quien ni le infirió especialmente las palabras de corrección y, sin embargo, golpeó su herida bajo la amonestación común? De donde resulta frecuentemente que lamente tanto más vehementemente la culpa perpetrada, cuanto piensa que su reato no es conocido incluso cuando se siente golpeado.

[Vet. IV.] 7. Con qué discreción deben ser corregidos los protervos. --- Debe actuarse, pues, con gran arte de predicación para que quienes por la corrección abierta se hacen peores, vuelvan a la salud por un cierto temperamento de la corrección. De donde también dice Pablo: Los miembros del cuerpo que pensamos que son menos nobles, a estos los rodeamos de más abundante honor; y los que son deshonestos en nosotros, tienen más abundante honestidad; pero los que en nosotros son honestos, de nada tienen necesidad (1 Cor. 12, 23).

Sicut enim inhonesta membra in corpore, ita quidam, sunt intra sanctam Ecclesiam potentes et protervi, qui dum aperta invectione feriri nequeunt, quasi honore tegminis velantur. Sed haec de occultis potentium delictis loquimur. Nam quando et aliis cognoscentibus peccant, aliis etiam cognoscentibus increpandi sunt, ne si praedicator taceat, culpam approbasse videatur, atque haec crescens in exemplum veniat, quam pastoris lingua non secat. Sancta ergo Ecclesia, cum per praedicatores suos quaedam facta malorum sub dispensatione invectionis increpat, labia quasi parcens movet; sed tamen parcendo non parcit, quia ab invectione culpae generaliter non tacet, quam specialiter tacet. Sequitur:

CAPUT VI.

VERS. 7.---Sed quid agam? Si locutus fuero non quiescet dolor meus; et si tacuero, non recedet a me.

8. Dolor Ecclesiae cum pravos frustra corripi conspicit. ---Hoc personae beati Job qualiter congruat nullus ignorat. Sed si ad sanctae Ecclesiae typum trahatur, haec et cum loquitur, dolor minime quiescit, quando locutione sua perversos minime corrigi conspicit. Et cum tacet, dolor minime recedit, quia etsi aversata conticuerit, hoc ipsum amplius quod tacet gemit, quia se tacente perversorum culpas excrescere conspicit. Sequitur:

Caput VII.

[Rec. IV].

VERS. 8.---Nunc autem oppressit me dolor meus, et in nihilum redacti sunt omnes artus mei.

9. Dolor Ecclesiae dum ad malorum exempla infirmos pertrahi conspicit. ---Dolore suo sancta Ecclesia premitur quando in malitia sua crescere perversos intuetur. Et quia dum pravi crescunt etiam infirmi qui in ea sunt ad sequenda studia pravitatis irritantur, recte additur: Et in nihilum redacti sunt omnes artus mei. Sicut enim per ossa fortes, sic per artus infirmi quique designari solent. Membra ergo Ecclesiae ad nihilum rediguntur quando ex imitatione pravorum in hoc mundo crescentium infirmi quique deterius infirmantur.

Pues como los miembros deshonestos en el cuerpo, así hay algunos dentro de la santa Iglesia, poderosos y protervos, que mientras no pueden ser golpeados por una invectiva abierta, son velados como por el honor de una cobertura. Pero hablamos esto de los delitos ocultos de los poderosos. Pues cuando pecan con conocimiento de otros, también deben ser increpados con conocimiento de otros, no sea que si el predicador calla, parezca haber aprobado la culpa, y esta creciendo venga a ser un ejemplo, que la lengua del pastor no corta. La santa Iglesia, pues, cuando por sus predicadores increpa ciertos hechos de los malos bajo la dispensación de la invectiva, mueve los labios como perdonando; pero, sin embargo, perdonando no perdona, porque no calla generalmente de la invectiva de la culpa, la cual calla especialmente. Sigue:

CAPÍTULO VI.

VERS. 7. --- Pero ¿qué haré? Si hablare, no descansará mi dolor; y si callare, no se apartará de mí.

8. El dolor de la Iglesia cuando ve que los perversos son corregidos en vano. --- Nadie ignora cómo esto concuerda con la persona del bienaventurado Job. Pero si se aplica al tipo de la santa Iglesia, ella, aun cuando habla, el dolor de ningún modo descansa, cuando ve que por su palabra los perversos de ningún modo se corrigen. Y cuando calla, el dolor de ningún modo se aparta, porque aunque haya enmudecido por aversión, gime más por esto mismo que calla, porque ve que, callando ella, las culpas de los perversos crecen. Sigue:

CAPÍTULO VII.

[Rec. IV].

VERS. 8. --- Pero ahora me ha oprimido mi dolor, y en nada han sido reducidos todos mis miembros.

9. El dolor de la Iglesia mientras ve que los débiles son arrastrados por los ejemplos de los malos. --- Por su dolor la santa Iglesia es oprimida cuando intuye que los perversos crecen en su malicia. Y porque mientras los malos crecen también los débiles que están en ella son irritados a seguir los estudios de la depravación, rectamente se añade: Y en nada han sido reducidos todos mis miembros. Pues como por los huesos suelen designarse los fuertes, así por los miembros (artus) todos los débiles. Los miembros de la Iglesia, pues, son reducidos a nada cuando, por la imitación de los perversos que crecen en este mundo, todos los débiles se debilitan peor.

Videntes etenim felicitatem malorum, saepe ab ipso fidei statu dilabuntur, bona temporalia appetunt, et veluti in nihilum rediguntur, quia dum manentem Dei essentiam deserunt, diligentes transitoria, quasi ad non esse tendunt. Bene autem dicitur: Nunc autem oppressit me dolor meus, quia videlicet tempus doloris Ecclesiae modo est, et tempus gaudii postmodum sequetur. Saepe vero contingit ut sancta Ecclesia non solum infideles atque extra positos adversarios toleret, sed eorum quoque insidias atque adversitatem vix ferat, quos intus habet. Unde beati viri voce apte mox subditur:

Caput VIII.

[Vet. V.]

VERS. 9.---Rugae meae testimonium dicunt contra me.

10. Rugae Ecclesiae sunt mali Christiani. ---Quid per rugas nisi duplicitas designatur? Rugae itaque sunt sanctae Ecclesiae omnes qui in ea dupliciter vivunt, qui fidem vocibus clamant, operibus denegant. Hi nimirum pacis tempore, quia hujus mundi potestatibus eamdem fidem honori esse conspiciunt, fideles se esse mentiuntur. Sed cum sanctam Ecclesiam subita adversitatis procella turbaverit, illico ostendunt quid in perfida mente moliuntur. Has autem rugas in electis suis sancta Ecclesia non habet, quia videlicet nesciunt aliud de se foris ostendere, et intus aliud habere. Unde recte egregius praedicator dicit: Ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam (Ephes. V, 27). Maculam quippe et rugam non habet, quae et turpitudine operis et duplicitate sermonis caret. Sed quia nunc intra sinum fidei multos etiam reprobos tenet, cum tempus persecutionis exarserit, ipsos hostes patitur quos praedicationis verbis alere ante videbatur. Dicat itaque quia: Rugae meae testimonium dicunt contra me, id est ipsi me insequendo increpant, qui nunc, in meo corpore positi, duplicitatis suae in se malitiam non mendant. Unde bene adhuc subditur:

IBID.---Et suscitatur falsiloquus adversus faciem meam, contradicens mihi.

11. Per malos saevit diabolus. ---Etiam pacis suae tempore sancta Ecclesia falsiloquium patitur, dum sunt in ea multi qui de aeternitatis promissione diffidunt, et tamen se fideles esse mentiuntur. Qui dum praedicationi ejus aperte contradicere non praesumunt, falsiloquium non contra faciem, sed quasi post dorsum patitur. Sed cum malitiae tempus eruperit, is qui nunc metuens derogat, ad contradicendum ante faciem venit, quia verbis verae fidei apertis vocibus obsistit.

Pues viendo la felicidad de los malos, a menudo se deslizan del mismo estado de la fe, apetecen los bienes temporales, y como que son reducidos a nada, porque mientras desertan la esencia permanente de Dios, amando lo transitorio, tienden como al no ser. Bien se dice, pues: Pero ahora me ha oprimido mi dolor, porque ciertamente el tiempo del dolor de la Iglesia es ahora, y el tiempo del gozo seguirá después. Pero a menudo sucede que la santa Iglesia no solo tolera a los infieles y a los adversarios puestos fuera, sino que apenas soporta las insidias y la adversidad de aquellos a quienes tiene dentro. Por lo cual por la voz del bienaventurado varón aptamente se añade pronto:

Capítulo VIII.

[Vet. V.]

VERS. 9. --- Mis arrugas dan testimonio contra mí.

Qui autem divina animadversione percutitur, dum novit quidem quia vapulat, sed cur vapulet ignorat, quasi dicit ipse quod sentit, sed quid contra se dicatur nescit, quia ipse quidem ingemiscit in verbere, sed Deus aperte non declarat pro qua eum feriat ultione. Itaque nunc dicitur: Atque utinam sic judicaretur vir cum Deo, quomodo judicatur filius hominis cum collega suo! Ac si aperte diceretur: Sicut in omni quod dico audior, sic omne quod de me dicitur audirem. Quod tamen in hac vita fieri nullatenus potest, quia magna est interpositio oculis cordis nostri ad contemplandam subtilitatem Dei, ipsa videlicet infirmitas nostra. Sed tunc ad purum intuebimur eum a quo nunc subtiliter intuemur, cum, hac infirmitate deposita, ad contemplationis internae gratiam venerimus, de qua Paulus dicit: Tunc cognoscam sicut et cognitus sum (I Cor. XIII, 12). Unde beatus Job videns eamdem cognitionem plenissime hic perfici nullatenus posse, de caecitate quidem vitae praesentis gemit, sed tamen se de ejus brevitate consolatur, dicens:

CAPUT XXVII.

VERS. 23.---Ecce enim breves anni transeunt, et semitam per quam non revertar ambulo.

31. Vitae miserias ejus brevitas mitigat et sotatur. Omne quod transit breve est, etiam si tardius terminari videatur. In mortis autem semita, per quam non revertimur, ambulamus, non quod ad vitam carnis minime resurgendo reducimur, sed quod ad labores hujus vitae mortalis, vel ad conquirenda laboribus praemia, iterum non venimus.

Caput XXVIII

[Vet. XV, Rec. X].

CAP. XVII, VERS. 1.---Spiritus meus attenuabitur.

32. Boni brevem vitam, longam vero mali sibi pollicentur. Attenuatur spiritus timore judicii, quia electorum mentes quo amplius extremo judicio propinquare se sentiunt, eo ad discutiendas semetipsas terribilius contremiscunt, et si quas in se carnales unquam cogitationes inveniunt, poenitentiae ardore consumunt, nec cogitationes suas dilatari carnali voluptate permittunt, quia eo semetipsos dijudicantes subtilius feriunt, quo districtum judicem praestolantur vicinum. Unde fit ut propinquum sibi semper exitum suspicentur.

Pero el que es herido por la divina animadversión, mientras sabe ciertamente que es golpeado, pero ignora por qué es golpeado, dice como que lo que siente, pero no sabe qué se dice contra él, porque él ciertamente gime en el azote, pero Dios no declara abiertamente por qué venganza lo hiere. Por tanto ahora se dice: ¡Y ojalá así se juzgara el varón con Dios, como se juzga el hijo del hombre con su colega! Como si abiertamente se dijera: Como en todo lo que digo soy oído, así todo lo que de mí se dice oiría. Lo cual sin embargo en esta vida no puede hacerse de ningún modo, porque es grande la interposición a los ojos de nuestro corazón para contemplar la sutileza de Dios, esto es, nuestra misma flaqueza. Pero entonces lo miraremos puramente a Él por quien ahora somos sutilmente mirados, cuando, depuesta esta flaqueza, lleguemos a la gracia de la contemplación interna, de la cual Pablo dice: Entonces conoceré como también soy conocido (1 Cor. 13, 12). Por lo cual el bienaventurado Job, viendo que esa misma cognición de ningún modo puede perfeccionarse plenamente aquí, gime ciertamente por la ceguera de la vida presente, pero sin embargo se consuela de su brevedad, diciendo:

CAPÍTULO XXVII.

VERS. 23. --- Pues he aquí que pasan años breves, y camino por la senda por la cual no volveré.

31. Su brevedad mitiga y suaviza las miserias de la vida. Todo lo que pasa es breve, aunque parezca terminarse más tarde. Pero en la senda de la muerte, por la cual no volvemos, caminamos, no porque de ningún modo seamos devueltos resucitando a la vida de la carne, sino porque a los trabajos de esta vida mortal, o a la adquisición de premios mediante trabajos, no venimos de nuevo.

Capítulo XXVIII

[Vet. XV, Rec. X].

CAP. XVII, VERS. 1. --- Mi espíritu será atenuado.

32. Los buenos se prometen una vida breve, pero los malos una larga. El espíritu se atenúa por el temor del juicio, porque las mentes de los electos, cuanto más sienten que se acercan al juicio extremo, tanto más terriblemente tiemblan para discutirse a sí mismos, y si alguna vez encuentran en sí pensamientos carnales, los consumen por el ardor de la penitencia, ni permiten que sus pensamientos se dilaten por el placer carnal, porque se golpean a sí mismos tanto más sutilmente juzgándose, cuanto que esperan al Juez severo cercano. Por lo cual sucede que siempre sospechan que su fin está próximo.

Nam reproborum mentes idcirco multa nequiter agunt, quia hic se vivere diutius arbitrantur. Justorum ergo attenuatur spiritus, sed crassescit iniquorum. Quo enim per elationem tument, eo attenuationem spiritus non habent. Justi vero dum brevitatem suae vitae considerant, elationis et immunditiae culpas declinant. Unde et subditur:

CAPUT XXIX.

IBID.---Dies mei breviabuntur, et solum mihi superest sepulcrum.

33. Hinc elationis et immunditiae culpas declinant illi, isti multiplicant. Perfecta vita est mortis imitatio. Qui enim considerat qualis erit in morte, semper fit timidus in operatione; atque unde in oculis suis jam quasi non vivit, inde veraciter in oculis sui conditoris vivit. Nil quod transeat appetit, cunctis praesentis vitae desideriis contradicit; et pene mortuum se considerat, quia moriturum minime ignorat. Perfecta enim vita est mortis imitatio, quam dum justi sollicite peragunt, culparum laqueos evadunt. Unde scriptum est: In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in aeternum non peccabis (Eccli. VII, 40). Unde et beatus Job, quia dies suos considerat breviari, et solum sibi superesse sepulcrum pensat, apte subjungit:

CAPUT XXX.

VERS. 2.---Non peccavi, et in amaritudinibus moratur oculus meus.

34. Non pro corrigenda culpa, sed pro augenda gratia Job percussus. Ac si aperte dicat: Culpam non feci, et flagella suscepi. Sed hac in re animum movet, quia in multis se hujus historiae locis peccasse confitetur, qua ratione peccasse se nunc abneget? Sed ad haec ratio celeriter occurrit, quia nec tantum peccavit ut flagella mereretur, nec tamen esse sine peccato potuit. Nam quia non pro corrigenda culpa, sed pro gratia augenda percussus est, judex ipse testatur, qui laudat et ferit. Et rursum quia sine peccato non fuerit, nec ipse negat qui a judice laudatur, atque ideo laudatur, quia non negat. Sed credo quod melius haec verba discutimus, si dicta ex voce capitis sentiamus. Redemptor etenim noster ad redemptionem nostram veniens, et non peccavit, et amaritudinem pertulit, quia poenam culpae nostrae sine culpa suscepit, de cujus voce subditur:

CAPUT XXXI.

VERS. 3.---Libera me, et pone me juxta te, et cujusvis manus pugnet contra me.

Pues las mentes de los réprobos por eso hacen muchas cosas inicuamente, porque piensan vivir aquí más tiempo. El espíritu, pues, de los justos se atenúa, pero se engruesa el de los inicuos. Pues en cuanto se hinchan por la elación, en eso no tienen atenuación del espíritu. Pero los justos, mientras consideran la brevedad de su vida, declinan las culpas de la elación y de la inmundicia. Por lo cual también se añade:

CAPÍTULO XXIX.

IBÍDEM. --- Mis días se abreviarán, y solo me resta el sepulcro.

33. De aquí que aquellos declinen las culpas de la elación y de la inmundicia, pero estos las multipliquen. La vida perfecta es imitación de la muerte. Pues el que considera cuál será en la muerte, siempre se vuelve tímido en la operación; y por cuanto a sus propios ojos ya casi no vive, por tanto vive verazmente a los ojos de su Creador. Nada de lo que pasa apetece, contradice a todos los deseos de la vida presente; y se considera a sí mismo casi muerto, porque de ningún modo ignora que ha de morir. Pues la vida perfecta es imitación de la muerte, la cual mientras los justos la recorren solícitamente, evaden los lazos de las culpas. Por lo cual está escrito: En todas tus obras acuérdate de tus novísimos, y no pecarás eternamente (Ecli. 7, 40). Por lo cual también el bienaventurado Job, porque considera que sus días se abrevian, y piensa que solo le resta el sepulcro, aptamente añade:

CAPÍTULO XXX.

VERS. 2.---No he pecado, y en amarguras mora mi ojo.

34. Job fue herido no para corrección de la culpa, sino para aumento de la gracia. Como si dijera abiertamente: No cometí culpa, y recibí azotes. Pero en este asunto conmueve el ánimo, porque en muchos lugares de esta historia confiesa haber pecado; ¿por qué razón niega ahora haber pecado? Pero a esto la razón acude rápidamente, porque ni pecó tanto como para merecer los azotes, ni sin embargo pudo estar sin pecado. Pues que fue herido no para corrección de la culpa, sino para aumento de la gracia, el mismo Juez lo atestigua, que alaba y golpea. Y de nuevo, que no estuvo sin pecado, ni él mismo lo niega, el cual es alabado por el Juez, y por eso es alabado, porque no lo niega. Pero creo que discutimos mejor estas palabras si las sentimos dichas por la voz de la Cabeza. Pues nuestro Redentor, viniendo para nuestra redención, ni pecó, y padeció amargura, porque asumió la pena de nuestra culpa sin culpa; de cuya voz se añade:

CAPÍTULO XXXI.

VERS. 3.---Líbrame, y ponme junto a ti, y que la mano de cualquiera luche contra mí.

35. Christus in amaritudine fuit per passionem, liberatus est per resurrectionem. Ipse etenim non peccavit in cogitatione, vel opere, ipse in amaritudine moratus est per passionem, ipse liberatus est per resurrectionem, ipse juxta Patrem positus est per ascensionem, quia profectus in coelum sedet a dextris Dei. Et quia post ascensionis ejus gloriam Judaea in discipulorum ejus persecutione commota est, recte nunc dicitur: Et cujusvis manus pugnet contra me. Tunc quippe in membris illius furor persequentium saeviit, tunc contra fidelium vitam flamma crudelitatis exarsit. Sed quo irent iniqui, aut quid agerent, dum is quem persequebantur in terra jam sedebat in coelo? De quibus adhuc subditur:

Caput XXXII

[Rec. XI].

VERS. 4.---Cor eorum longe fecisti a disciplina.

36. Pravorum cor longe esse a disciplina Deus tantum permittendo facit. Si enim disciplinae custodiam nossent, et nequaquam Redemptoris nostri praecepta contemnerent, ipsa eos carnis suae mortalitas ad amorem vitae immortalis excitasset. Hoc ipsum namque in hac vita corruptioni nos esse subjectos, jam de flagello disciplinae est. Aestu enim et frigore, fame sitique turbari, morbis affici, quandoque etiam exstingui, quid sunt haec aliud quam flagella peccati? Sed sunt nonnulli qui et flagella tolerant, et tamen mentem ad flagellantis metum minime reformant. Unde recte nunc dicitur: Cor eorum longe fecisti a disciplina. Quia etsi corpus sub disciplina est, cor sub disciplina non est, dum et flagellatur quisque, et tamen ad humilitatem mentis non reducitur. Neque ita hoc dicitur ac si omnipotens et misericors Deus longe cor hominis a disciplina faciat, sed quod sponte delapsum ibi remanere ubi cecidit judicando permittat, sicut ei in oratione quoque dicimus. Et ne nos inducas in tentationem (Matth. VI, 13); id est, induci minime permittas. Sequitur:

CAPUT XXXIII.

IBID.---Propterea non exaltabuntur.

37. Disciplinae expertes ab infimis ad coelestia nunquam sublevantur. Cor enim si sub disciplina esset, superiora appeteret, adipiscendis bonis transeuntibus non inhiaret. Quorum igitur cor sub disciplina non est, recte de illis dicitur: Propterea non exaltabuntur, quia dum in infimis voluptatibus dimissi terrena bona semper desiderant, cor ad superna gaudia nunquam levant. Exaltarentur quippe si mentem ad spem patriae coelestis erigerent.

35. Cristo estuvo en amargura por la pasión, fue librado por la resurrección. Pues Él mismo no pecó de pensamiento ni de obra; Él mismo permaneció en amargura por la pasión; Él mismo fue librado por la resurrección; Él mismo fue puesto junto al Padre por la ascensión, porque habiendo subido al cielo está sentado a la diestra de Dios. Y porque después de la gloria de su ascensión Judea se conmovió en la persecución de sus discípulos, rectamente se dice ahora: Y que la mano de cualquiera luche contra mí. Pues entonces en sus miembros se ensañó el furor de los perseguidores; entonces contra la vida de los fieles se encendió la llama de la crueldad. Pero, ¿a dónde irían los inicuos, o qué harían, mientras aquel a quien perseguían en la tierra ya estaba sentado en el cielo? Sobre los cuales todavía se añade:

CAPÍTULO XXXII.

VERS. 4.---Alejaste su corazón de la disciplina.

36. Dios hace que el corazón de los malvados esté lejos de la disciplina solo permitiéndolo. Pues si conocieran la custodia de la disciplina, de ningún modo despreciarían los preceptos de nuestro Redentor; la misma mortalidad de su carne los habría excitado al amor de la vida inmortal. Pues esto mismo de que en esta vida estemos sujetos a la corrupción, ya es por el azote de la disciplina. Pues ser turbados por el calor y el frío, por el hambre y la sed, ser afectados por enfermedades, y a veces incluso ser extinguidos, ¿qué son estas cosas sino azotes del pecado? Pero hay algunos que toleran los azotes, y sin embargo de ningún modo reforman su mente al temor del que azota. Por lo cual rectamente se dice ahora: Alejaste su corazón de la disciplina. Porque aunque el cuerpo está bajo la disciplina, el corazón no está bajo la disciplina, mientras cada uno es azotado, y sin embargo no es reducido a la humildad de la mente. Ni se dice esto como si el Dios omnipotente y misericordioso alejara el corazón del hombre de la disciplina, sino que permite que, habiendo caído espontáneamente, permanezca allí donde cayó juzgándolo, tal como también le decimos a Él en la oración: Y no nos dejes caer en la tentación (Mat. 6, 13); esto es, no permitas de ningún modo que seamos introducidos. Sigue:

CAPÍTULO XXXIII.

IBID.---Por eso no serán exaltados.

37. Los expertos en la disciplina nunca son elevados de las cosas ínfimas a las celestiales. Pues si el corazón estuviera bajo la disciplina, apetecería las cosas superiores, y no jadearía por adquirir bienes transitorios. De aquellos, por tanto, cuyo corazón no está bajo la disciplina, rectamente se dice: Por eso no serán exaltados, porque mientras ellos, abandonados a los placeres ínfimos, desean siempre los bienes terrenos, nunca elevan su corazón a los gozos supremos. Pues serían exaltados si erigieran su mente a la esperanza de la patria celestial.

Sed qui per disciplinam custodire vitam minime student, semper per desideria in imis jacent, et, quod est gravius, jacendo se erigunt, quia de rebus transitoriis extolluntur. Extolli autem possunt, sed exaltari nequeunt, quia inde profundius in imo sunt, unde apud se altiores fiunt. Cor itaque, quod sine disciplina est, exaltari non valet, quia humana mens sicut male elevata in infimis premitur, sic bene pressa in sublimibus levatur. Sequitur:

Caput XXXIV

[Rec. XII].

VERS. 5.---Praedam pollicetur sociis, et oculi filiorum ejus deficient.

38. Unum corpus sunt diabolus et iniqui. Ejus socii, angeli apostatae; filii, perversi homines. Postquam de multitudine iniquorum, id est de antiqui hostis corpore, beatus Job sententiam protulit, mox ad ipsum eorum principem, id est caput omnium perditorum, sententiam vertit, atque a plurali numero ad singularem redit. [Vet. XVII.] Ita quippe unum corpus sunt diabolus et omnes iniqui, ut plerumque nomine capitis censeatur corpus, et nomine corporis appelletur caput. Nam capitis nomine censetur corpus cum de perverso homine dicitur: Ex vobis unus diabolus est (Joan. VI, 71). Et rursum nomine corporis appellatur caput cum de ipso apostata angelo dicitur: Inimicus homo hoc fecit (Matth. XIII, 28). Iste igitur princeps omnium perversorum alios socios habet atque alios filios. Qui namque sunt ejus socii, nisi illi apostatae angeli qui cum eo de coelestis patriae sede ceciderunt? Vel quos alios filios habet, nisi perversos homines, qui de ejus prava persuasione in malitiae operatione generantur? Unde etiam Veritatis voce infidelibus dicitur: Vos ex patre diabolo estis (Joann. VIII, 44).

39. Quam praedam sociis polliceatur diabolus. Perversus itaque iste auctor erroris praedam sociis pollicetur, quia malignis spiritibus pravorum promittit animas in eorum fine rapiendas. Et oculi filiorum ejus deficient, quia dum intentiones hominum ad sola terrena speranda excitat, hoc illos amare facit quod diu tenere non possunt. Neque enim valet amoris pravi intentio permanere, quando et hoc quod amat ipsumque qui amat constat sub celeritate deficere.

Pero los que por la disciplina no se esmeran en custodiar su vida, yacen siempre en lo profundo por los deseos, y, lo que es más grave, yaciendo se erigen, porque se enorgullecen de las cosas transitorias. Pues pueden enorgullecerse (extolli), pero no pueden ser exaltados, porque están más profundamente en el fondo por aquello mismo por lo que se vuelven más altos ante sí mismos. Por tanto, el corazón que carece de disciplina no puede ser exaltado, porque la mente humana, así como mal elevada es oprimida en lo ínfimo, así bien oprimida es elevada a lo sublime. Sigue:

CAPÍTULO XXXIV.

VERS. 5.---Promete presa a sus socios, y los ojos de sus hijos desfallecerán.

38. El diablo y los malvados son un solo cuerpo. Sus socios, los ángeles apóstatas; sus hijos, los hombres perversos. Después de que el bienaventurado Job profirió sentencia sobre la multitud de los inicuos, esto es, sobre el cuerpo del antiguo enemigo, pronto vuelve la sentencia hacia el mismo príncipe de ellos, es decir, la cabeza de todos los perdidos, y vuelve del número plural al singular. Pues de tal manera son un solo cuerpo el diablo y todos los inicuos, que frecuentemente con el nombre de la cabeza se censura al cuerpo, y con el nombre del cuerpo se llama a la cabeza. Pues con el nombre de la cabeza se censura al cuerpo cuando se dice del hombre perverso: Uno de vosotros es un diablo (Jn. 6, 71). Y de nuevo se llama con el nombre del cuerpo a la cabeza cuando se dice de aquel mismo ángel apóstata: Un hombre enemigo hizo esto (Mt. 13, 28). Este príncipe de todos los perversos, por tanto, tiene a unos como socios y a otros como hijos. Pues, ¿quiénes son sus socios sino aquellos ángeles apóstatas que cayeron con él de la sede de la patria celestial? ¿O qué otros hijos tiene sino los hombres perversos, que por su torcida persuasión son engendrados en la operación de la malicia? Por lo cual también por la voz de la Verdad se dice a los infieles: Vosotros sois de vuestro padre el diablo (Jn. 8, 44).

39. Qué presa promete el diablo a sus socios. Este perverso autor del error, por tanto, promete presa a sus socios, porque promete a los espíritus malignos las almas de los malvados que han de ser arrebatadas en su fin. Y los ojos de sus hijos desfallecerán, porque mientras excita las intenciones de los hombres a esperar solo las cosas terrenas, les hace amar esto que no pueden retener por mucho tiempo. Pues no puede permanecer la intención de un amor perverso, cuando tanto lo que ama como el mismo que ama consta que desfallecen con celeridad.

Possunt quoque et per socios fortasse intelligi crudelissimi quique et omni malitia jam repleti; per filios vero hi qui adhuc deceptoriis promissionibus illusi, augendae pravitati nutriuntur, ut illos jam velut ex merito malitiae diabolus quasi socios habeat qui jam non habent in perditione quo crescant, istos autem quasi filios quos promissionibus lactat ut ad pejora proficiant. Sed oculi filiorum ejus deficient, quia pravorum intentiones cadunt cum omne quod hic appetunt deserunt, et illic quod doleant sine fine patiuntur. Sequitur:

CAPUT XXXV.

VERS. 6.---Posuit me quasi in proverbium vulgi: et exemplum sum coram eis.

40. De electorum flagellis stulta vulgi opinio. Haec beatus Job dicat ex se, dicat ex vocibus omnium electorum. Omnis quippe qui flagello percutitur quasi in proverbium ponitur vulgi, quia stultus quisque dum cuiquam maledicere appetit, ex illius similitudine maledictionem sumit, quem percussum temporaliter videt, eamque poenam suo optat adversario quam evenisse conspicit justo. Sicque fit ut non recte sapientibus in exemplum deducatur rectus, dum et poena justi esse damnatio creditur, et quae illi maneat gloria nulla spe fidei praevidetur. Sequitur:

Caput XXXVI

[Vet. XVIII, Rec. XIII].

VERS. 7.---Caligavit ad indignationem oculus meus, et membra mea quasi in nihilum redacta sunt.

41. Ad flagella sanctis obstupescentibus et caligantibus, infirmi aliquando corruunt. Ad indignationem oculus caligat quando ipsi quoque qui in dominico corpore, id est in Ecclesia, lumen veritatis habent, dum se diutius a pravis despici ac dedignari conspiciunt, de occulti judicii admiratione turbantur, et secretum Dei penetrare nequeunt, cur praevalere perversi contra bonorum innocentiam permittuntur. Quis etenim non obstupescat cum Herodias apud temulentum regem saltatu filiae obtinet ut caput amici Sponsi, prophetae et plusquam prophetae, ante ora convivantium in disco deferatur (Marc. VI, 27)? Sed cum justi ad indignationem caligant, infirmi plerumque usque ad infidelitatem corruunt. Unde subditur: Et membra mea quasi in nihilum sunt redacta.

Pueden también por socios entenderse tal vez los más crueles y los ya llenos de toda malicia; por hijos, en cambio, aquellos que, todavía ilusionados por promesas engañosas, son nutridos para aumentar la perversidad, de modo que el diablo tenga ya como por mérito de malicia como socios a quienes ya no tienen en la perdición por dónde crecer, y a estos como hijos a quienes amamanta con promesas para que progresen hacia cosas peores. Pero los que los ojos de sus hijos desfallecerán, porque las intenciones de los malvados caen cuando abandonan todo lo que aquí apetecen, y allí padecen sin fin aquello por lo que se duelan. Sigue:

CAPÍTULO XXXV.

VERS. 6.---Me ha puesto como proverbio del vulgo: y soy un ejemplo ante ellos.

40. La tonta opinión del vulgo sobre los azotes de los elegidos. Diga el bienaventurado Job estas cosas de sí mismo, dígalas por las voces de todos los elegidos. Pues todo aquel que es herido con un azote es puesto como en proverbio del vulgo, porque todo necio, mientras desea maldecir a alguien, toma la maldición de la semejanza de aquel a quien ve herido temporalmente, y desea para su adversario aquella pena que contempla haberle sucedido al justo. Y así sucede que el recto no es rectamente propuesto como ejemplo a los sabios, mientras la pena del justo se cree que es condenación, y no se prevé ninguna gloria que le espere por ninguna esperanza de fe. Sigue:

CAPÍTULO XXXVI.

VERS. 7.---Se oscureció por la indignación mi ojo, y mis miembros han sido reducidos casi a la nada.

41. Al asombrarse y oscurecerse los ojos de los santos por los azotes, los débiles a veces sucumben. El ojo se oscurece por la indignación cuando aquellos mismos que en el cuerpo del Señor, esto es, en la Iglesia, tienen la luz de la verdad, mientras se ven despreciados y desdeñados por largo tiempo por los malvados, se turban por la admiración del juicio oculto, y no pueden penetrar el secreto de Dios de por qué se permite que los perversos prevalezcan contra la inocencia de los buenos. Pues, ¿quién no se asombraría cuando Herodías, ante un rey embriagado, obtiene por el baile de su hija que la cabeza del amigo del Esposo, profeta y más que profeta, sea traída en una bandeja ante los rostros de los comensales (Mc. 6, 27)? Pero cuando los justos se oscurecen por la indignación, los débiles frecuentemente caen hasta la incredulidad. Por lo cual se añade: Y mis miembros han sido reducidos casi a la nada.

Membrorum quippe nomine teneritudo exprimitur infirmorum, qui dum perversos prospiciunt florere justosque cruciari, ad hoc nonnunquam perveniunt, ut se bona vel inchoasse poeniteant; atque ita ad agenda mala citius recedunt, ac si eorum vitae nocuerit bonum quod inchoaverunt. Hoc autem quod ait: Caligavit ad indignationem oculus meus, verbis planioribus aperit, adjungens:

Caput XXXVII

[Rec. XIV].

VERS. 8. Stupebunt justi super hoc, et innocens contra hypocritam suscitabitur.

42. Imperfectorum est gloriae perversorum invidere. Hoc loco innocens necdum perfectus justus accipitur, qui bona adhuc inchoans, etsi nocere aliis non novit, perfecta tamen ipse agere nequaquam valet. Et quia corda parvulorum, dum perversos florere in praesenti vita conspiciunt, invidiae facibus succenduntur; tanto enim quisque plus invidet aliis bona praesentia, quanto ea ipse minus contempserit. Nam quod haberi ab omnibus non valet simul totum, huic desit quod alter habuerit. Succenditur vero contra hypocritam innocens, dum gloriae simulatoris invidet etiam qui nulli nocere solet. Sin vero hoc in loco innocens quilibet in bono perfectus accipitur, contra hypocritam innocens suscitatur quando hunc et florere conspicit, et tamen cum suo eum flore contemnit; et praedicando quae recta sunt, tanto eum despiciendum caeteris esse denuntiat, quanto eum conspicit illa anxie quaerere quae cum eo diu non valeant permanere. In quo adhuc sensu subjungitur:

Caput XXXVIII

[Vet. XIX].

VERS. 9.---Et tenebit justus viam suam, et mundis manibus addet fortitudinem.

43. Deus qui malis temporalia bona concedit, justis aeterna non denegabit. Considerato quippe hypocrita, justus viam suam tenet, quia dum illum ex perversa voluntate obtinere ea quae mundi sunt intuetur, ipse ad amorem coelestium robustius stringitur, sciens quia bonis desideriis praemia aeterna non deerunt, dum et pravis et duplicibus cordibus bona temporalia non negantur.

Pues con el nombre de miembros se expresa la ternura de los débiles, quienes mientras contemplan que los perversos florecen y los justos son atormentados, llegan a veces a esto: a arrepentirse de haber siquiera comenzado las cosas buenas; y así se retiran más pronto a cometer males, como si a su vida le hubiera dañado el bien que comenzaron. Pero esto que dice: Se oscureció por la indignación mi ojo, lo abre con palabras más llanas, añadiendo:

CAPÍTULO XXXVII.

VERS. 8. Se asombrarán los justos sobre esto, y el inocente se suscitará contra el hipócrita.

42. Es propio de los imperfectos envidiar la gloria de los perversos. En este lugar el inocente es tomado como el justo aún no perfecto, quien comenzando todavía las cosas buenas, aunque no sabe dañar a otros, sin embargo él mismo de ningún modo puede realizar cosas perfectas. Y porque los corazones de los pequeños, mientras contemplan que los perversos florecen en la vida presente, se encienden con las teas de la envidia; pues tanto más envidia cada uno los bienes presentes de los otros, cuanto menos los haya él mismo despreciado. Pues lo que no puede ser poseído por todos a la vez íntegramente, le falta a este lo que otro tuvo. Pero se enciende contra el hipócrita el inocente, mientras envidia la gloria del simulador incluso aquel que no suele dañar a nadie. Pero si en este lugar se toma a cualquier inocente perfecto en el bien, el inocente se suscita contra el hipócrita cuando tanto lo contempla florecer, y sin embargo lo desprecia con su flor; y predicando las cosas que son rectas, denuncia que él debe ser tanto más despreciado por los demás, cuanto lo contempla buscar ansiosamente aquellas cosas que no puedan permanecer con él por mucho tiempo. En cuyo sentido todavía se subraya:

CAPÍTULO XXXVIII.

VERS. 9.---Y mantendrá el justo su camino, y a las manos limpias añadirá fortaleza.

43. Dios, que concede bienes temporales a los malos, no negará los eternos a los justos. Pues, considerado el hipócrita, el justo mantiene su camino, porque mientras contempla que aquel, por una voluntad perversa, obtiene las cosas que son del mundo, él mismo se liga más robustamente al amor de las cosas celestiales, sabiendo que a los buenos deseos no faltarán los premios eternos, mientras que incluso a los corazones perversos y dobles no se les niegan los bienes temporales.

Qua ex re mundis quoque manibus addet fortitudinem, quia conspiciens perversos obtinere terrenam gloriam, bona sua opera provehit ad perfectionem; et tanto altius temporalia despicit, quanto haec abundare etiam malis cernit. Quam enim sint despicienda considerat quae Deus omnipotens etiam perversis praestat. Si enim principaliter magna essent, nequaquam haec conditor adversariis suis tribueret. Unde et indignum sibi esse perpendit ut illa bona appetat quae abundare conspicit et malis, sed ad percipienda coelestia mentem suam dirigit, quae sibi cum reprobis communia esse non possunt. Igitur postquam exteriores profectus malorum, bonorum vero interiores intulit, exhortationis verba protulit, dicens:

CAPUT XXXIX.

VERS. 10.---Igitur omnes vos convertimini, et venite.

44. Ad Deum converti fide, et venire opere debemus. Quae videlicet exhortationis verba proprie ad electos format, quos ad aeternitatem vocat. Qui duobus modis invitantur, scilicet ut convertantur, et veniant: convertantur nimirum fide, veniant opere. Vel certe convertantur deserendo mala, et veniant bona faciendo, sicut scriptum est: Declina a malo, et fac bonum (Psal. XXXVI, 27). Mirandum vero quod subditur:

CAPUT XL.

IBID.---Et non inveniam in vobis ullum sapientem.

45. Apud semetipsos sapientes, ad veram sapientiam pervenire nequeunt. Quid est enim quod eos ad sapientiam vocat, et tamen optat ne illos sapientes inveniat, nisi quod ad veram sapientiam venire non possunt qui falsae suae sapientiae fiducia decipiuntur? de quibus scriptum est: Vae qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobismetipsis prudentes (Isai. V, 21). Et quibus rursum dicitur: Nolite esse prudentes apud vosmetipsos (Rom. XII, 16). Unde idem praedicator egregius hos quos carnaliter sapientes invenerat, ut sapientiam veram perciperent, prius fieri stultos quaerebat, dicens: Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc saeculo, stultus fiat, ut sit sapiens (I, Cor. III, 18). Et per semetipsam Veritas dicit: Confiteor tibi, Pater Domine coeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis (Matth. XI, 25).

Por lo cual también añade fortaleza a las manos limpias, porque contemplando que los perversos obtienen la gloria terrena, promueve sus propias obras buenas hacia la perfección; y tanto más profundamente desprecia las cosas temporales, cuanto ve que estas abundan incluso para los malvados. Pues considera cuánto han de ser despreciadas aquellas cosas que el Dios omnipotente presta incluso a los perversos. Pues si fueran principalmente grandes, de ningún modo el Creador las concedería a sus adversarios. Por lo cual también considera indigno de sí mismo apetecer aquellos bienes que contempla abundar también para los malvados, sino que dirige su mente a percibir las cosas celestiales, que no pueden serle comunes con los réprobos. Por tanto, después de que introdujo los progresos exteriores de los malos, y los interiores de los buenos, profirió palabras de exhortación, diciendo:

CAPÍTULO XXXIX.

VERS. 10.---Por tanto, convertíos todos vosotros, y venid.

44. Debemos convertirnos a Dios por la fe, y venir por la obra. Palabras de exhortación que propiamente dirige a los elegidos, a quienes llama a la eternidad. Quienes son invitados de dos modos, a saber: a que se conviertan, y vengan: conviértanse ciertamente por la fe, vengan por la obra. O ciertamente conviértanse abandonando los males, y vengan haciendo el bien, como está escrito: Apártate del mal, y haz el bien (Sal. 36, 27). Pero es de admirar lo que se añade:

CAPÍTULO XL.

IBID.---Y no encontraré entre vosotros a ningún sabio.

45. Los que son sabios ante sí mismos no pueden llegar a la verdadera sabiduría. ¿Qué significa, pues, que los llame a la sabiduría y, sin embargo, desee no encontrarlos sabios, sino que a la verdadera sabiduría no pueden llegar quienes se dejan engañar por la confianza en su falsa sabiduría? De los cuales está escrito: ¡Ay de los que sois sabios a vuestros propios ojos, y prudentes delante de vosotros mismos! (Isa. 5, 21). Y a quienes de nuevo se les dice: No queráis ser prudentes ante vosotros mismos (Rom. 12, 16). Por lo cual, el mismo egregio predicador, a estos que había encontrado sabios según la carne, para que percibieran la verdadera sabiduría, buscaba que primero se hicieran necios, diciendo: Si alguno entre vosotros parece ser sabio en este siglo, hágase necio para ser sabio (1 Cor. 3, 18). Y la Verdad dice por sí misma: Te confieso, Padre, Señor del cielo y de la tierra, porque has escondido estas cosas a los sabios y a los prudentes, y las has revelado a los pequeñuelos (Mat. 11, 25).

Quia ergo hi qui apud semetipsos sapientes sunt ad veram sapientiam pervenire non possunt, recte beatus Job, conversionem auditorum desiderans, exoptat ne in eis ullum sapientem inveniat. Ac si eis aperte dicat: Stulti esse apud vosmetipsos discite, ut in Deo vere sapientes esse valeatis. Sequitur:

Caput XLI

[Vet. XX, Rec. XV].

VERS. 11.---Dies mei transierunt, cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum.

46. Dies Ecclesiae prosperitas, noctes adversitas. Sancti ad terrena dispensanda coacti torqueri se sentiunt. Sancta electorum Ecclesia per diurna et nocturna tempora conspicit vitae suae spatia transire, quia noctem in adversitatibus, diem vero in prosperitatibus habere consuevit. Quasi enim lux ei oritur ex tranquillitate pacis, et nox ex dolore persecutionis. Sed cum post quietis otia ad excrescentis contra se persecutionis laborem redit, dies suos transisse testatur. In quibus tamen diebus solet tanto gravioribus curis premi, quanto a se de ipsa tranquillitate pacis subtiliores a judice rationes cogitat exquiri. In tranquillitate enim pacis modo animarum lucra cogitat, modo terrenarum rerum dispensationes curat. Quae videlicet terrenorum actuum dispensationes tanto bonis mentibus graviores sunt, quanto earum intuitu ab intuendis coelestibus vel ad modicum avelluntur. Unde bene beatus Job sive sua, sive voce universalis Ecclesiae, postquam dies suos transisse testatur, illico subjunxit: Cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum. Quia dum bonis mentibus temporalis felicitas transit, etiam cura eis terrenae dispensationis subtrahitur, quae eas in cogitationibus torquere videbatur. Dum enim erectae semper esse ad percipienda coelestia appetunt, eo ipso quo aliquando ex dispensatione terrena ad ima cogitanda descendunt, torqueri se sentiunt. Unde fit ut ipsa quoque adversitas persecutionis vertatur in magnam exsultationem laetitiae, propter adeptam quietem cordis. Unde et apte subditur:

CAPUT XLII.

VERS. 12.---Noctem verterunt in diem.

Porque, por tanto, aquellos que son sabios ante sí mismos no pueden llegar a la verdadera sabiduría, rectamente el bienaventurado Job, deseando la conversión de sus oyentes, anhela no encontrar en ellos a ningún sabio. Como si les dijera abiertamente: Aprended a ser necios ante vosotros mismos, para que podáis ser verdaderamente sabios en Dios. Sigue:

Capítulo XLI

[Vet. XX, Rec. XV].

VERS. 11.---Pasaron mis días, mis pensamientos se han disipado, atormentando mi corazón.

46. Los días de la Iglesia son la prosperidad, las noches la adversidad. Los santos, obligados a administrar las cosas terrenas, se sienten atormentados. La santa Iglesia de los elegidos ve pasar los espacios de su vida a través de tiempos diurnos y nocturnos, porque acostumbra tener la noche en las adversidades, y el día en las prosperidades. Pues como la luz le nace de la tranquilidad de la paz, así la noche del dolor de la persecución. Pero cuando, tras los ocios del reposo, vuelve al trabajo de la persecución que crece contra ella, atestigua que sus días han pasado. En estos días, sin embargo, suele estar oprimida por cuidados tanto más graves cuanto más sutiles cuentas piensa que el Juez le exigirá de esa misma tranquilidad de la paz. Pues en la tranquilidad de la paz, unas veces piensa en las ganancias de las almas, otras cuida de las administraciones de las cosas terrenas. Estas administraciones de los actos terrenales son tanto más pesadas para las mentes buenas, cuanto que por su consideración son arrancadas, aunque sea por un momento, de la contemplación de las cosas celestiales. Por lo cual, bien el bienaventurado Job, sea con su voz o con la de la Iglesia universal, después de atestiguar que sus días han pasado, añadió inmediatamente: Mis pensamientos se han disipado, atormentando mi corazón. Porque cuando a las mentes buenas les pasa la felicidad temporal, también se les quita el cuidado de la administración terrenal, que parecía atormentarlas en sus pensamientos. Pues mientras desean estar siempre elevadas para percibir lo celestial, por eso mismo que a veces descienden por la administración terrenal a pensar en lo ínfimo, se sienten atormentadas. De donde resulta que la misma adversidad de la persecución se convierte en gran exultación de alegría, por la quietud del corazón alcanzada. Por lo cual también se añade aptamente:

CAPÍTULO XLII.

VERS. 12.---Cambiaron la noche en día.

47. Sancti malunt perpeti mala, quam bonorum cura fatigari. Dissipatae etenim cogitationes noctem in diem vertunt, quia nonnunquam justis amplius placet ex adversitate mala perpeti quam ex prosperitate terrenae dispensationis cura fatigari. Sed quia noverunt cautius, et adversa transire, et prospera rursus illucescere, apte subjungitur:

CAPUT XLIII.

IBID.---Et rursum post tenebras spero lucem.

48. Sancti post mortem statim coelestibus praemiis donantur. Lux enim post tenebras speratur, quia vel post noctem vitae praesentis aeternum lumen percipitur, vel ita hic adversitas atque prosperitas alternant, ut sibi succedere vicissim non desinant. Unde fit ut et in luce nox in suspicione sit, et in nocte lux in praesumptione, sicut scriptum est: In die bonorum ne immemor sis malarum, et in die malorum ne immemor sis bonorum (Eccl. XI, 27). Sed ecce quia auctoris nostri gratia redempti sumus, hoc jam coelestis muneris habemus, ut cum a carnis nostrae inhabitatione subtrahimur, mox ad coelestia praemia deducamur, quia dum conditor ac Redemptor noster, claustra inferni penetrans, electorum exinde animas eduxit, nos illo ire non patitur, unde jam alios descendendo liberavit. Hi vero, qui ante ejus adventum in hunc mundum venerunt, quantamlibet justitiae virtutem haberent, ex corporibus educti in sinu coelestis patriae statim recipi nullo modo poterant, quia necdum ille venerat qui inferni claustra sua descensione solveret, et justorum animas in perpetua jam sede collocaret. Unde beatus Job et afflictionem sentiens, et adhuc differri retributionem justorum sciens, apte subjungit:

CAPUT XLIV

[Vet. XXI, Rec. XVI].

VERS. 13.---Si sustinuero, infernus domus mea est, et in tenebris stravi lectulum meum.

49. Ante Christum justorum animae in inferno tormentorum expertes tenebantur. Priores etenim sancti et sustinere adversa poterant, et tamen, e corporibus educti, adhuc ab inferni locis liberari non poterant, quia necdum venerat qui illuc sine culpa descenderet, ut eos qui ibi tenebantur ex culpa liberaret. Tunc vero homo suum lectulum in tenebris stravit, quando lucem justitiae persuasori callido consentiendo deseruit.

47. Los santos prefieren padecer males antes que fatigarse con el cuidado de los bienes. Pues los pensamientos disipados cambian la noche en día, porque a veces a los justos les agrada más padecer males de la adversidad, que fatigarse con el cuidado de la administración terrena de la prosperidad. Pero porque conocieron con más cautela que tanto lo adverso pasa como lo próspero vuelve a brillar, se añade aptamente:

CAPÍTULO XLIII.

IBID.---Y de nuevo después de las tinieblas espero la luz.

48. Los santos son dotados de los premios celestiales inmediatamente después de la muerte. Pues la luz se espera después de las tinieblas, porque o bien se percibe la luz eterna después de la noche de la vida presente, o bien la adversidad y la prosperidad se alternan de tal modo aquí, que no dejan de sucederse por turno. De donde resulta que tanto en la luz la noche esté en sospecha, como en la noche la luz esté en presunción, según está escrito: En el día de los bienes no seas inmemorable de los males, y en el día de los males no seas inmemorable de los bienes (Ecl. 11, 27). Pero he aquí que, porque hemos sido redimidos por la gracia de nuestro Autor, tenemos ya este don celestial: que cuando somos retirados de la habitación de nuestra carne, seamos conducidos pronto a los premios celestiales; porque mientras nuestro Creador y Redentor, penetrando los claustros del infierno, sacó de allí las almas de los elegidos, no permite que vayamos allá de donde ya liberó a otros descendiendo. Pero aquellos que vinieron a este mundo antes de su venida, por mucha virtud de justicia que tuvieran, al ser sacados de sus cuerpos no podían de ningún modo ser recibidos inmediatamente en el seno de la patria celestial, porque aún no había venido Aquel que soltaría los claustros del infierno con su descenso, y colocaría ya a las almas de los justos en su sede perpetua. Por lo cual el bienaventurado Job, sintiendo la aflicción y sabiendo que aún se difería la retribución de los justos, añade aptamente:

Capítulo XLIV

[Vet. XXI, Rec. XVI].

VERS. 13.---Si espero, el infierno es mi casa, y en las tinieblas he tendido mi lecho.

49. Antes de Cristo, las almas de los justos eran retenidas en el infierno libres de tormentos. Pues los primeros santos podían soportar las adversidades y, sin embargo, una vez salidos de sus cuerpos, aún no podían ser librados de los lugares del infierno, porque aún no había venido Aquel que descendería allá sin culpa, para librar de la culpa a los que allí estaban retenidos. Entonces el hombre tendió su lecho en las tinieblas, cuando abandonó la luz de la justicia por consentir al astuto persuasor.

Et quia in ipsis quoque inferni locis justorum animae sine tormento tenebantur, ut et pro originali culpa adhuc illuc descenderent, et tamen ex propriis actibus supplicium non haberent, quasi in tenebris lectulum stravisse est in inferno sibi requiem praeparasse. Grave etenim taedium electis fuit post solutionem carnis adhuc speciem non videre Creatoris. Quod taedium non immerito beatus Job tenebras vocat. Sed quia hoc ex poena infirmitatis venit, recte eamdem mox infirmitatem subdit dicens:

Caput XLV

[Rec. XVII].

VERS. 14.---Putredini dixi: Pater meus es; mater mea, et soror mea, vermibus.

50. Ex origine vitiata concupiscentiae curarumque vermes trahimus. Quid est hoc quod dixit putredini: Pater meus es, nisi quod omnis homo ab origine jam vitiata descendit? Unde et additur: Mater mea, et soror mea, vermibus, quia videlicet et ab ipsa putredine et cum ipsa in hunc mundum venimus. Quantum enim ad materiam corruptibilis carnis, mater nostra ac soror vermes sunt, quia et de putredine processimus, et cum putredine venimus, quam portamus. Quod si intelligi spiritaliter potest, et mater natura, et consuetudo non immerito soror vocatur, quia ab illa cum ista sumus. Quae videlicet mater et soror vermes sunt, quia ex natura corruptibili et consuetudine perversa cogimur, ut quasi quibusdam vermibus, sic inquietis cogitationibus in mente fatigemur. Carnis enim natura vitiata et consuetudo perversa, quia innumeras curas in corde infirmitatis nostrae generant, bene mater et soror vermes vocantur. Mordent enim animum curae, dum inquietant. Non enim cessant justi viri vel sollicite cogitare et pertractare quid agant, vel provide inspicere quo post praesentem vitam ducendi sint. Quia ergo tunc electi ante adventum Domini et in labore vitae praesentis se esse cernebant, et tamen post praesentem vitam necdum coelestia bona percipere, multis cogitationibus urebantur. Exspectabant enim gratiam Redemptoris sui, nec tamen ad eam poterant in carne vivendo pervenire. Unde et apte subditur:

CAPUT XLVI.

VERS 15.---Ubi est ergo nunc praestolatio mea?

Y porque también en esos mismos lugares del infierno las almas de los justos eran retenidas sin tormento, de modo que por la culpa original aún descendían allá y, sin embargo, por sus propios actos no sufrían suplicio, tender el lecho en las tinieblas es como haberse preparado el descanso en el infierno. Pues fue un grave tedio para los elegidos, después de la disolución de la carne, no ver todavía la faz del Creador. Tedio que no sin razón el bienaventurado Job llama tinieblas. Pero porque esto proviene de la pena de la flaqueza, rectamente añade a continuación esa misma flaqueza diciendo:

Capítulo XLV

[Rec. XVII].

VERS. 14.---A la podredumbre dije: Tú eres mi padre; a los gusanos: Mi madre y mi hermana.

50. De nuestro origen viciado arrastramos los gusanos de la concupiscencia y de los cuidados. ¿Qué significa esto que dijo a la podredumbre: Tú eres mi padre, sino que todo hombre desciende de un origen ya viciado? Por lo cual también se añade: Mi madre y mi hermana, a los gusanos, porque ciertamente de la misma podredumbre y con ella venimos a este mundo. Pues en cuanto a la materia de la carne corruptible, nuestra madre y hermana son los gusanos, porque tanto procedemos de la podredumbre como venimos con la podredumbre que portamos. Que si puede entenderse espiritualmente, la naturaleza es llamada madre y la costumbre no sin razón hermana, porque de aquélla somos con ésta. Estas madre y hermana son gusanos, porque por la naturaleza corruptible y la costumbre perversa somos obligados a fatigarnos en la mente con pensamientos inquietos, como por ciertos gusanos. Pues la naturaleza viciada de la carne y la costumbre perversa, porque engendran innumerables cuidados en el corazón de nuestra flaqueza, bien son llamadas madre y hermana gusanos. Pues los cuidados muerden el ánimo mientras lo inquietan. No cesan, en efecto, los varones justos de pensar y tratar solícitamente qué han de hacer, o de inspeccionar providentemente a dónde han de ser conducidos después de la vida presente. Porque, por tanto, entonces los elegidos, antes de la venida del Señor, se veían a sí mismos en el trabajo de la vida presente y, sin embargo, después de la vida presente aún no podían percibir los bienes celestiales, se consumían en muchos pensamientos. Pues esperaban la gracia de su Redentor y, no obstante, no podían llegar a ella viviendo en la carne. Por lo cual también se añade aptamente:

CAPÍTULO XLVI.

VERS 15.---¿Dónde está, pues, ahora mi esperanza?

51. Justorum tot in malis, sola spes Christus. Quae esse potuit praestolatio justorum, nisi justos justificans Deus, qui ad poenas humani generis sponte descenderet, et captivos mortis justitiae suae virtute liberaret? Hujus enim praesentiam minime cessabant intenta cogitatione praestolari: esse venturam noverant, sed venire citius quaerebant. Unde non ait: Ubi est ergo praestolatio mea? sed ait: Ubi est ergo nunc praestolatio mea? [Vet. XXII.] Dum enim addit nunc, ostendit quia quod quandoque venturum erat venire citius desiderabat. Sequitur:

CAPUT XLVII.

IBID.---Et patientiam meam quis considerat?

52. Ardentibus desideriis ab illis expetitus. Expressit desiderium quo festinat in carne positus redimi et ab inferis ad superna revocari. Et quidem paucorum hominum ista fuit perpendere, ut scirent de praesentis vitae laboribus vel de subsequenti post mortem dilatione cogitare. Quod utrumque justi ante adventum Redemptoris nostri se perpeti dolebant. Unde et recte dicitur: Et patientiam meam quis considerat? Equidem non deest qui patientiam consideret; sed cum citius non exaudit, quasi minus considerare Deus dicitur. Ipsa enim humani generis quae venit in mundi fine redemptio ab his qui a mundi initio praecesserunt tarda credebatur, quia longo temporis spatio a coelestium remuneratione disjuncti sunt, Veritate attestante, quae ait: Multi prophetae et reges voluerunt vos videre quae vos videtis, et non viderunt (Luc. X, 24). Itaque quod nunc dicitur: Patientiam meam quis considerat? ardentis desiderii vota panduntur. Neque enim, ut praediximus, justorum patientiam non considerat Deus, sed quasi non considerare dicitur ad votum desiderii minus citius apparere, et per prolixiora tempora dispensationis suae gratiam differre. Dicat ergo: Patientiam meam quis considerat? quia quod disponenti breve est, longum est amanti. Unde adhuc dilationis suae damna considerans, hoc quod jam praedixerat repetit, et, descensurus ad ima, vocem doloris ingeminat, dicens:

CAPUT XLVIII.

VERS. 16.---In profundissimum infernum descendent omnia mea.

51. Entre tantos males de los justos, la única esperanza es Cristo. ¿Cuál pudo ser la esperanza de los justos, sino Dios que justifica a los justos, el cual descendería espontáneamente a las penas del género humano, y libraría a los cautivos de la muerte por la virtud de su justicia? Su presencia no cesaban de esperarla con atento pensamiento: sabían que había de venir, pero buscaban que viniera más pronto. Por lo cual no dice: ¿Dónde está, pues, mi esperanza? sino que dice: ¿Dónde está, pues, ahora mi esperanza? [Vet. XXII.] Pues al añadir ahora, muestra que deseaba que viniera más pronto lo que alguna vez había de venir. Sigue:

CAPÍTULO XLVII.

IBID.---¿Y mi paciencia quién la considera?

34. Pero los malos no conocen este ensalzamiento, porque se abandonan a sí mismos y atacan a los buenos. Se inclinan hacia sí dentro de su conciencia con la molicie de la suave adulación, y se ensalzan contra la vida de los buenos con la estrechez de la aspereza. Por lo cual se dice ahora rectamente a los amigos del bienaventurado Job, que se hinchan ante su azote: Pero vosotros os ensalcáis contra mí; es decir, os dejáis a vosotros mismos sin redargüir, y me increpáis con sentencias estrechas. Pues el que no se juzga a sí mismo primero, ignora qué juzgar rectamente en otro. Y si conoce tal vez por el oído lo que debe juzgar rectamente, sin embargo no puede juzgar rectamente los méritos ajenos aquel a quien la conciencia de su propia inocencia no le ofrece ninguna regla de juicio. De aquí es, pues, que a ciertos hombres que acechaban y traían a la adúltera para ser castigada se les dice (Juan 8, 7): El que de vosotros esté sin pecado, sea el primero en arrojar la piedra contra ella. Iban, pues, a castigar los pecados ajenos, y habían abandonado los suyos. Son, por tanto, revocados adentro, a la conciencia, para que primero corrijan lo propio, y entonces reprendan lo ajeno. De aquí es que cuando la tribu de Benjamín había sido abrumada en un crimen de la carne, todo Israel reunido quiso vengar la iniquidad, pero sin embargo una y otra vez fue él mismo postrado en el certamen de la guerra. Pero consultado el Señor si debían ir a vengar, se les mandó. El cual marchó según el imperio de la voz divina, y cayó una y dos veces, y entonces finalmente, hiriendo fuertemente a la tribu pecadora, casi la extinguió por completo. ¿A qué se debe que se inflame para la venganza del crimen, y sin embargo primero sea él mismo postrado, sino a que primero deben ser purgados aquellos por quienes son heridas las culpas de los otros, para que ellos mismos vengan ya limpios por la venganza, los que se apresuran a corregir los vicios de los otros? Por lo cual es necesario que cuando la venganza del examen divino cesa contra nosotros, nuestra misma conciencia se reprenda a sí misma, y se ensalce ella misma contra sí misma hacia los lamentos de la penitencia, y no sea elada contra los buenos y humilde para sí, sino rígida contra sí, y sumisa a todos los buenos. Por tanto, a los soberbios que corrigen se les dice ahora rectamente: Pero vosotros os ensalzáis contra mí, y me argüís con mis oprobios. Todos los elados consideran que es un grave oprobio los males temporales; y creen que cada uno es tanto más despreciado por Dios, cuanto más lo ven afligido por el azote de la herida. Pues nada buscan en las costumbres, nada en los actos; sino que a cualesquiera que ven heridos en esta vida, piensan que ya han sido condenados por el juicio divino. Por lo cual bien se dice ahora con la voz del bienaventurado Job:

CAPÍTULO XXX.

IBID.---Y me argüís con mis oprobios.

35. Falsa reproborum de justorum flagellis judicia. ---Quia hi qui eum justum ante flagella noverant, injustum esse ex ipsa jam sua percussione judicabant. Unde et saepe haeretici, quia affligi quosdam intra sanctam Ecclesiam vident, scriptum quippe de Deo est: Flagellat omnem filium quem recipit (Hebr. XII, 6), tribulationes fidelium non nisi ex peccato esse suspicantur, seque ideo justos credunt, quia, in pravitatis suae sensu dimissi, sine flagello duruerunt. Sequitur:

Caput XXXI

[Rec. XIV].

VERS. 6.---Saltem nunc intelligite quia Deus non aequo judicio afflixerit me.

36. Quaedam Scripturae sacrae verba prava censentur, quia ad interiorem sui intelligentiam non exiguntur. ---O quam durum sonat vox justi verberibus afflicti; quam tamen non elatio, sed dolor expressit! Sed justus non est qui justitiam in dolore deserit. Beatus autem Job, quia mite cor habuit, nec in dura voce peccavit. Nam si hunc peccasse in hac voce dicimus, implesse diabolum astruimus quod proposuit, dicens: Tange os ejus et carnem, si non in faciem benedixerit tibi (Job. II, 5). Gravis itaque quaestio oritur. Si etenim non peccavit in eo quod dicit: Saltem nunc intelligite, quia Deus non aequo judicio afflixerit me, Deum (quod dici nefas est) injuste aliquid egisse consentimus. Si vero peccavit, diabolus de illo quod promisit exhibuit. Astruendum est igitur quia et Deus recte circa beatum Job egerit, et tamen beatus Job ex eo quod dicit se non justo Dei judicio afflictum mentitus non sit, et antiquus hostis in eo quod de beati viri promiserat culpa mentitus sit. Nonnunquam namque ideo prava creduntur verba bonorum, quia interiori sua intelligentia minime pensantur. Beatus enim Job vitam suam attenderat, et ea quae patiebatur flagella pensabat, et videbat aequum non esse ut ad talem vitam talia flagella reciperet. Et cum dicit non aequo se judicio afflictum, hoc libera voce locutus est, quod in secreto suo Dominus de illo adversario ejus dixerat: Commovisti me adversus eum, ut affligerem eum frustra (Ibid., 3). Quod enim dicit Deus, quia frustra beatum Job afflixerit, hoc rursum beatus Job asserit, quia non aequo judicio a Domino sit afflictus. In quo itaque peccavit qui a sententia auctoris sui in nullo discrepavit.

35. Falsos juicios de los réprobos sobre los azotes de los justos. ---Porque aquellos que lo conocían como justo antes de los azotes, lo juzgaban injusto por su misma herida. De donde también los herejes a menudo, porque ven a algunos ser afligidos dentro de la santa Iglesia, siendo así que está escrito sobre Dios: Azota a todo hijo que recibe (Heb. 12, 6), sospechan que las tribulaciones de los fieles no son sino por el pecado, y se creen por eso justos, porque, abandonados en el sentido de su propia depravación, se endurecieron sin el azote. Sigue:

Capítulo XXXI

[Rec. XIV].

VERS. 6.---Al menos ahora entended que Dios me ha afligido con un juicio no equitativo.

36. Ciertas palabras de la Sagrada Escritura se consideran depravadas porque no se las examina en su inteligencia interior. ---¡Oh, cuán duro suena la voz del justo afligido por los azotes; la cual, sin embargo, no la expresó la elación, sino el dolor! Pero no es justo el que abandona la justicia en el dolor. Pero el bienaventurado Job, porque tuvo un corazón mitigado, no pecó ni siquiera en la voz dura. Pues si decimos que este pecó en esta voz, afirmamos que el diablo cumplió lo que propuso, diciendo: Toca su hueso y su carne, si no te bendice en tu cara (Job 2, 5). Por lo tanto, surge una grave cuestión. Pues si de hecho no pecó en lo que dice: Al menos ahora entended que Dios me ha afligido con un juicio no equitativo, consentimos que Dios (lo cual es nefando decir) hizo algo injustamente. Pero si pecó, el diablo exhibió sobre él lo que prometió. Se debe sostener, por tanto, que Dios obró rectamente con respecto al bienaventurado Job, y sin embargo el bienaventurado Job no mintió en aquello que dice de que fue afligido por un juicio no justo de Dios, y el antiguo enemigo mintió en la culpa que había prometido del bienaventurado varón. Pues a veces se creen depravadas las palabras de los buenos por esto, porque mínimamente se pesan en su inteligencia interior. Pues el bienaventurado Job había atendido a su vida, y pesaba aquellos azotes que padecía, y veía que no era equitativo que para tal vida recibiera tales azotes. Y cuando dice que fue afligido por un juicio no equitativo, habló esto con voz libre, lo cual en su secreto el Señor había dicho de él a su adversario: Me conmoviste contra él, para que lo afligiera sin causa (Job 2, 3). Pues lo que Dios dice, que afligió al bienaventurado Job sin causa (frustra), esto mismo afirma el bienaventurado Job, que fue afligido por el Señor con un juicio no equitativo. ¿En qué, por tanto, pecó el que en nada discrepó de la sentencia de su Autor?

[Vet. XVII.] 37. Bona de se dicere, modo vera sint, aliquando licet. Quod exemplo Pauli et Job confirmatur.---Sed fortasse aliquis dicat id nos de nobis bonum dicere quod de nobis in occulto judex dixerit sine peccato esse non posse. Nam quem justus judex laudat, esse hunc jure laudabilem non dubitatur. Ad vero si se ipse laudaverit, jam ejus justitia laude digna esse non creditur. Quod videlicet recte dicitur, si quod judex justus per aequam sententiam perhibet, hoc de se is de quo agitur, praesumat post dicere per elatam mentem. Nam si ipse quoque in humili cogitatione permanens, exigente causa vel dolore, bona de se veracia dixerit, in tantum à justitia non recessit, in quantum à veritate nullo modo discrepavit.

38. Unde Paulus quoque apostolus multa de se fortia pro discipulorum suorum aedificatione narravit; sed haec narrando minime deliquit, quia a veritatis tramite et attestatione certa et corde humili non recessit. Justam itaque beatus Job vitam suam sentiens, dicat non se esse justo judicio afflictum. Nec peccat in hac voce in qua non discrepat ab auctore, quia is quem Deus frustra percussit, ipse quoque semetipsum asserit non justo judicio afflictum. Sed rursus alia quaestio oritur quam jam in hujus operis memini exordio solutam (Lib. III, cap. et num. 3), cum omnipotens Deus frustra nil faciat, cur beatum Job frustra se afflixisse testetur? Justus enim conditor noster tot verberibus in beatum Job, non vitia illius curavit exstinguere, sed merita augere. Aequum ergo fuit quod fecit per augmentum boni meriti; non tamen videbatur aequum, quod causas credebatur punire peccati. Beatus autem Job peccata sua illis flagellis deleri credidit, non merita augeri; et idcirco non aequum judicium vocat, quia vitam suam cum flagellis examinat. Ergo si vita et flagella pensantur, non aequum fuit quod beatus Job, sicut dixi, per iram districtionis sibi fieri credidit. Si vero misericordia judicis attenditur, quia per poenam justi viri vitae ejus merita cumulantur, aequum vel potius misericors judicium fuit. Igitur et vera Job dixit, dum vitam cum flagello pensavit; et Deus non injusto judicio Job afflixit, quia merita ex flagello cumulavit; et diabolus quod promiserat non implevit, quia beatus Job inter verba quae durum sonant et a vera sententia et a mente humili non recessit. Sed haec afflicti verba minus fortasse intelligimus, nisi sententiam judicis cognoscamus. Qui 451 cum inter utrasque partes sententiam daret, dicit amicis Job: Non estis locuti coram me rectum, sicut servus meus Job (Job. XLII, 8). Quis ergo stulta mente beatum Job in locutione sua peccasse fateatur, dum ipsa voce judicis recte locutus asseritur?

[Vet. XVII.] 37. Decir cosas buenas de sí mismo, con tal que sean verdaderas, a veces es lícito. Lo cual se confirma con el ejemplo de Pablo y de Job.---Pero tal vez alguien diga que no puede ser sin pecado que digamos de nosotros mismos aquello bueno que el Juez ha dicho de nosotros en lo oculto. Pues a quien el Juez justo alaba, no se duda que este sea justamente laudable. Pero si de hecho él se ha alabado a sí mismo, ya no se cree que su justicia sea digna de alabanza. Lo cual ciertamente se dice rectamente, si aquello que el Juez justo ofrece por una sentencia equitativa, aquel de quien se trata presume después decirlo de sí mismo por una mente elada. Pues si él mismo permaneciendo también en un humilde pensamiento, por exigencia de la causa o del dolor, ha dicho cosas buenas verdaderas de sí mismo, tanto no se apartó de la justicia, cuanto de ninguna manera discrepó de la verdad.

38. De donde también Pablo el apóstol relató muchas cosas fuertes de sí mismo para la edificación de sus discípulos; pero al relatar estas cosas mínimamente delinquió, porque no se apartó del sendero de la verdad y de la atestación cierta y del corazón humilde. Por tanto, sintiendo el bienaventurado Job que su vida era justa, diga que no fue afligido por un juicio justo. Ni peca en esta voz en la cual no discrepa de su autor, porque aquel a quien Dios hirió sin causa (frustra), él mismo también afirma de sí mismo que fue afligido por un juicio no justo. Pero de nuevo surge otra cuestión que ya recuerdo haber resuelto en el exordio de esta obra (Lib. III, cap. y núm. 3), siendo así que Dios omnipotente nada hace en vano (frustra), ¿por qué atestigua que afligió al bienaventurado Job en vano? Pues nuestro justo Creador, con tantos azotes sobre el bienaventurado Job, no cuidó de extinguir los vicios de aquel, sino de aumentar sus méritos. Fue, por tanto, equitativo (aequum) lo que hizo por el aumento del buen mérito; sin embargo no parecía equitativo aquello que se creía castigar las causas del pecado. Pero el bienaventurado Job creyó que sus pecados eran borrados con aquellos azotes, no que sus méritos aumentaban; y por eso lo llama juicio no equitativo, porque examina su vida con los azotes. Por tanto, si se pesan la vida y los azotes, no fue equitativo lo que el bienaventurado Job, como dije, creyó que se le hacía por la ira de la estrechez. Pero si se atiende a la misericordia del Juez, porque por la pena del varón justo se acumulan los méritos de su vida, fue un juicio equitativo o más bien misericordioso. Por tanto, Job dijo cosas verdaderas, mientras pesó la vida con el azote; y Dios no afligió a Job con un juicio injusto, porque acumuló méritos por el azote; y el diablo no cumplió lo que había prometido, porque el bienaventurado Job, entre palabras que suenan duro, no se apartó ni de la verdadera sentencia ni de la mente humilde. Pero estas palabras del afligido tal vez las entendamos menos, si no conocemos la sentencia del Juez. El cual (451) cuando dio sentencia entre ambas partes, dice a los amigos de Job: No habéis hablado ante Mí lo recto, como mi siervo Job (Job 42, 8). ¿Quién, pues, con mente estulta confesaría que el bienaventurado Job pecó en su locución, cuando por la misma voz del Juez se afirma que habló rectamente?

Quam quidem vocem si ad personam sanctae Ecclesiae referamus, infirmis ejus membris non incongrue aptamus quae, persecutionis ejus tempore, dum et merita illius et flagella considerant, quia injustos florere conspiciunt, et justos interire, hoc justum esse nullatenus suspicantur. Bene autem beati viri voce subditur:

Caput XXXII

[Vet. XVIII].

IBID.---Et flagellis suis me cinxerit.

39. Infirma Ecclesiae membra ex assiduis flagellis turbantur.---Aliud quippe est flagellis percuti, aliud cingi. Flagellis namque percutimur cum consolationem et in doloribus ex rebus aliis habemus. Nam cum tanta nos afflictio depremit, ut ex nullius rei consolatione respirare animus possit, non jam flagellis solummodo ferimur, sed etiam cingimur, quia tribulationum verbere ex omni parte circumdamur. Cinctus enim flagellis Paulus fuerat, cum dicebat: Foris pugnae, intus timores (II Cor. VII, 5). Cinctus flagellis fuerat, cum dicebat: Periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in solitudine (II Cor. XI, 26), et caetera, quae ita enumerat, ut nusquam se habuisse requiem ostendat. Sancta vero Ecclesia cum tribulationum suarum flagellis cingitur, in ea infirmi quique in pusillanimitatis casu rediguntur, ita ut se eo jam despectos existiment, quo exaudiri se tardius vident. Recte adhuc etiam ex eorum typo sancti viri voce subjungitur:

CAPUT XXXIII.

VERS. 7.---Ecce clamabo vim patiens, et nemo exaudiet; vociferabor, et non est qui judicet.

40. Dolentium querelas dissimulat Deus, ut utilitatem augeat.---Omnipotens Deus quid nobis profuturum esse valeat sciens, dissimulat exaudire dolentium vocem, ut augeat utilitatem, ut purgetur vita per poenam, et quietis tranquillitas, quae hic inveniri non valet, alibi quaeratur. Sed hanc dispensationis gratiam nonnulli etiam fidelium ignorant. Ex quorum etiam persona nunc dicitur: Ecce clamabo vim patiens, et nemo exaudiet; vociferabor, et non est qui judicet.

Cuya voz ciertamente si la referimos a la persona de la santa Iglesia, la adaptamos no incongruentemente a sus miembros débiles, los cuales, en el tiempo de su persecución, mientras consideran tanto sus méritos como sus azotes, porque ven florecer a los injustos y perecer a los justos, de ninguna manera sospechan que esto sea justo. Pero bien se añade con la voz del bienaventurado varón:

Capítulo XXXII

[Vet. XVIII].

IBID.---Y me ha cercado con sus azotes.

39. Los miembros débiles de la Iglesia se turban por los asiduos azotes.---Pues una cosa es ser herido por los azotes, y otra ser cercado por ellos. Pues somos heridos por los azotes cuando tenemos consuelo incluso en los dolores por otras cosas. Pero cuando tanta aflicción nos oprime, que el ánimo no puede respirar por el consuelo de ninguna cosa, ya no somos solo heridos por los azotes, sino también cercados, porque somos rodeados por todas partes por el látigo de las tribulaciones. Cercado por los azotes había estado Pablo, cuando decía: Fuera combates, dentro temores (2 Cor. 7, 5). Cercado por los azotes había estado, cuando decía: En peligros de mi nación, en peligros de los gentiles, en peligros en la ciudad, en peligros en la soledad (2 Cor. 11, 26), y lo demás, que enumera de tal modo que muestra no haber tenido descanso en ninguna parte. Pero cuando la santa Iglesia es cercada por los azotes de sus tribulaciones, en ella todos los débiles son reducidos a un caso de pusilanimidad, de modo que se consideran ya despreciados en esto, en lo cual ven que se les escucha más tardíamente. Rectamente todavía, partiendo del tipo de ellos, se añade con la voz del santo varón:

CAPÍTULO XXXIII.

VERS. 7.---He aquí que clamaré sufriendo violencia, y nadie oirá; vociferaré, y no hay quien juzgue.

40. Dios disimula las querellas de los dolientes, para que aumente la utilidad.---Dios omnipotente, sabiendo qué puede sernos provechoso, disimula oír la voz de los dolientes para aumentar la utilidad, para que la vida sea purgada por la pena, y la tranquilidad del descanso, que aquí no se puede encontrar, se busque en otra parte. Pero esta gracia de la dispensación algunos incluso de los fieles la ignoran. De cuya persona también se dice ahora: He aquí que clamaré sufriendo violencia, y nadie oirá; vociferaré, y no hay quien juzgue.

Non est enim qui judicet dicitur quando judicare dissumulat ipse qui est, quia causam nostram contra adversarium, praeter eum, qui judicet non est. Nec tamen hoc sine judicio est, quod judicium differtur, quia cum haec beatus Job diceret, et sancti viri merita, et adversarii poena crescebat. Hoc ipsum ergo judicium differre judicis est. Sed aliud est quod juste intrinsecus disponit Deus, aliud quod foris flagellis attritus expetit animus. Unde adhuc de ipsa verberum depressione subjungit:

Caput XXXIV

[Rec. XV].

VERS. 8.---Semitam meam circumsepsit, et transire non possum, et in calle meo tenebras posuit.

41. Ex ignorantia et infirmitate peccantibus adest Deus illuminatio et salus nostra. ---Circumseptam verberibus semitam suam vidit cum, transire ad securitatem cupiens, evadere flagella non potuit. Et quia se percuti aspexit, nec tamen percussione dignam vitam in semetipso reperit, quasi in calle cordis ignorantiae suae tenebras invenit, qui cur ita flagellaretur penetrare non potuit. Quod ad infirma quoque membra sanctae Ecclesiae non incongrue refertur, quando per hoc quod prave se egisse meminerunt, a 452 bono quoque opere retardantur; et ex infirmitate propria timidi, bona contra haec fortia aggredi non praesumunt. Timent enim magna bona incipere, qui se in suis actibus infirmos esse meminerunt. Et cum plerumque etiam bonum quod eligant nesciunt, quasi in calle suo positas tenebras perhorrescunt. Nam saepe ita de suo opere fit animus incertus, ut ignoret omnino quid virtus, quid culpa sit. In calle ergo suo tenebras invenit, qui in his quae agere appetit quid eligere debeat nescit. [Vet. XIX.] Quia igitur saepe infirmitate, nonnunquam vero ignorantia peccatur, ex infirmantibus membris dicitur: Semitam meam circumsepsit, et transire non possum. Ex eis vero quid ad ipsum opus bonum quod eligant caligant subditur: Et in calle meo tenebras posuit. Ex poena etenim culpae est videre bonum quod agere debeat, et tamen implere non posse, et rursum ex graviori poena culpae est quod agere debeat nec videre. Unde et contra haec utraque Psalmistae voce dicitur: Dominus illuminatio mea, et salus mea, quem timebo (Psal. XXVI, 1)? Contra ignorantiae enim tenebras illuminatio, contra infirmitatem vero salus est Dominus, quando et ostendit quid debeat ad agendum appeti, et vires praebet ut quod ostenderit possit impleri. Sequitur:

Caput XXXV

[Rec. XVI.]

VERS. 9.---Spoliavit me gloria mea, et abstulit coronam de capite meo.

Pues se dice no hay quien juzgue cuando disimula juzgar aquel mismo que es, porque nuestra causa contra el adversario, fuera de él, no hay quien la juzgue. Y sin embargo no carece de juicio esto de que el juicio se difiera, porque cuando el bienaventurado Job decía estas cosas, crecían tanto los méritos del santo varón como la pena del adversario. Por tanto, el diferir este mismo juicio es propio del Juez. Pero una cosa es lo que Dios dispone justamente en el interior, y otra lo que el ánimo, desgastado por los azotes en el exterior, apetece. Por lo cual todavía, sobre esa misma depresión de los azotes, añade:

Capítulo XXXIV

[Rec. XV].

VERS. 8.---Cercó mi senda, y no puedo pasar, y en mi camino puso tinieblas.

41. A los que pecan por ignorancia e infirmidad les asiste Dios como nuestra iluminación y salud. ---Vio su senda cercada por los azotes cuando, deseando pasar a la seguridad, no pudo evitar los azotes. Y porque se vio herido, y sin embargo no encontró en sí mismo una vida digna de la herida, encontró como tinieblas en el camino del corazón de su ignorancia, al no poder penetrar por qué era así azotado. Lo cual se refiere no incongruentemente también a los miembros débiles de la santa Iglesia, cuando por esto de que recuerdan haber obrado perversamente, son retardados también de la (452) buena obra; y tímidos por su propia infirmidad, no presumen emprender cosas buenas fuertes contra estas. Pues temen empezar grandes bienes los que recuerdan haber sido débiles en sus actos. Y cuando frecuentemente incluso ignoran qué bien elegir, se horrorizan ante las tinieblas puestas como en su camino. Pues a menudo el ánimo se vuelve tan incierto sobre su obra, que ignora del todo qué sea virtud, qué sea culpa. En su camino, pues, encuentra tinieblas el que en las cosas que apetece hacer no sabe qué debe elegir. [Vet. XIX.] Porque, por tanto, a menudo se peca por infirmidad, y a veces ciertamente por ignorancia, se dice por los miembros que se debilitan: Cercó mi senda, y no puedo pasar. Pero por aquellos que están en tinieblas sobre qué obra buena elegir, se añade: Y en mi camino puso tinieblas. Pues ciertamente es por la pena de la culpa el ver el bien que se debe hacer, y sin embargo no poder cumplirlo; y de nuevo es por la más grave pena de la culpa el ni siquiera ver lo que se debe hacer. Por lo cual también contra ambas cosas se dice con la voz del Salmista: El Señor es mi iluminación y mi salud, ¿a quién temeré? (Salmo 26, 1). Pues contra las tinieblas de la ignorancia el Señor es iluminación, pero contra la infirmidad es salud, cuando tanto muestra qué se debe apetecer para obrar, como ofrece fuerzas para que pueda cumplirse lo que mostró. Sigue:

Capítulo XXXV

[Rec. XVI.]

VERS. 9.---Me despojó de mi gloria, y quitó la corona de mi cabeza.

42. Infirma Ecclesiae membra aliquando justitia spoliantur ad tempus.---Quod cuncta haec beati viri in afflictione positi personae conveniant, dubium non est. Sed quia historiae verba patent, juxta litteram expositione non indigent. Oportet ergo ut per sensus debeant mysticos investigari. Ait namque: Spoliavit me gloria mea. Gloria quippe uniuscujusque justitia est. Sicut vero vestimentum tegit a frigore, ita justitia munit a morte. Unde non immerito justitia vestimento comparatur, cum per Prophetam dicitur: Sacerdotes tui induantur justitia (Psal. CXXXI, 9). Quia vero afflictionis suae tempore hoc justitiae vestimentum, quod apud Deum protegit, sancta Ecclesia in membris suis infirmantibus amittit, dicatur recte: Spoliavit me gloria mea; id est, justitia ab infirmis ablata est, quae ab eis auferri non posset si medullitus inhaesisset; sed idcirco tolli potuit, quia more vestimenti exterius adhaesit. Qua in re quaerendum est quomodo sanctae Ecclesiae membra dici valeant qui potuerunt justitiam perdere, quam tenere videbantur. Sed sciendum est quod plerumque a membris ejus infirmantibus justitia ad tempus amittitur; sed cum per cognitionem culpae postmodum ad poenitentiam redeunt, sese ad eamdem justitiam quam perdiderant fortius quam credebatur astringunt. Ubi adhuc subditur: Et abstulit coronam de capite meo. Sicut caput corporis prima pars est, ita principale interioris hominis mens est. Corona vero victoriae praemium est, quod desuper potitur, ut qui certaverit remuneretur. Quia ergo multi adversitatibus pressi minime in certamine perdurant, in eis sancta Ecclesia quasi coronam de capite amittit. Corona quippe in capite est superna remuneratio in mente. Et sunt plerique qui, dum adversitatibus affliguntur, superna praemia cogitare negligunt, et ad perfectionem victoriae pervenire non possunt. In his itaque corona de capite aufertur, quia 453 supernum et spiritale praemium de mentis cogitatione tollitur, ut exteriora jam tranquilla appetant, et aeterna praemia, quia cogitare consueverant, non requirant.

43. Corona de capite Ecclesiae aufertur, cum praelati bona spiritualia negligunt.---Vel certe caput fidelium non immerito sacerdotes accipiuntur, quia pars membrorum Domini prima sunt. Unde et per prophetam caput et cauda exterminari dicitur, ubi videlicet et capitis nomine sacerdotes, et caudae appellatione prophetae reprobi designantur. Corona ergo de capite aufertur cum supernae remunerationis praemia etiam ipsi deserunt qui in hoc Ecclesiae corpore praeesse videbantur. Et plerumque ducibus cadentibus, latius succumbit exercitus qui sequebatur. Unde mox post damna majorum de multimoda labefactione Ecclesiae subsecutus adjunxit:

42. Los miembros débiles de la Iglesia a veces son despojados de la justicia por un tiempo.---Que todas estas cosas convienen a la persona del bienaventurado varón puesto en aflicción, no hay duda. Pero porque las palabras de la historia son patentes, según la letra no necesitan exposición. Conviene, pues, que deban ser investigadas por los sentidos místicos. Pues dice: Me despojó de mi gloria. La gloria ciertamente de cada uno es la justicia. Pues así como el vestido cubre del frío, así la justicia protege de la muerte. Por lo cual no sin razón se compara la justicia con un vestido, cuando se dice por el Profeta: Tus sacerdotes se vistan de justicia (Salmo 131, 9). Pero porque en el tiempo de su aflicción la santa Iglesia pierde este vestido de justicia, que protege ante Dios, en sus miembros que flaquean, dígase rectamente: Me despojó de mi gloria; es decir, la justicia fue quitada a los débiles, la cual no podría serles quitada si hubiera estado arraigada en la médula; pero por eso pudo ser quitada, porque a modo de vestido se adhería exteriormente. En lo cual se debe preguntar cómo pueden llamarse miembros de la santa Iglesia aquellos que pudieron perder la justicia que parecían tener. Pero se debe saber que frecuentemente la justicia se pierde por un tiempo por sus miembros que flaquean; pero cuando después, por el conocimiento de la culpa, vuelven a la penitencia, se atan a la misma justicia que habían perdido más fuertemente de lo que se creía. Donde todavía se añade: Y quitó la corona de mi cabeza. Así como la cabeza del cuerpo es la primera parte, así lo principal del hombre interior es la mente. La corona es el premio de la victoria, que se obtiene desde lo alto, para que sea remunerado el que haya luchado. Porque, por tanto, muchos oprimidos por las adversidades mínimamente perduran en el certamen, en ellos la santa Iglesia pierde como la corona de la cabeza. Pues la corona en la cabeza es la remuneración celestial en la mente. Y hay muchísimos que, mientras son afligidos por las adversidades, descuidan pensar en los premios celestiales, y no pueden llegar a la perfección de la victoria. En estos, por tanto, la corona es quitada de la cabeza, porque (453) el premio celestial y espiritual es quitado del pensamiento de la mente, de modo que ya apetecen las cosas exteriores tranquilas, y no buscan los premios eternos, porque habían solido pensar en ellos.

43. La corona es quitada de la cabeza de la Iglesia cuando los prelados descuidan los bienes espirituales.---O ciertamente no sin razón los sacerdotes son tomados por la cabeza de los fieles, porque son la primera parte de los miembros del Señor. Por lo cual también por el profeta se dice que la cabeza y la cola han de ser exterminadas, donde ciertamente con el nombre de cabeza se designa a los sacerdotes, y con la apelación de cola a los profetas réprobos. La corona, pues, es quitada de la cabeza cuando los premios de la remuneración celestial son abandonados incluso por aquellos que parecían presidir en este cuerpo de la Iglesia. Y frecuentemente, al caer los jefes, sucumbe más extensamente el ejército que los seguía. Por lo cual, poco después de los daños de los mayores, añadió lo que sigue sobre el multiforme desmoronamiento de la Iglesia:

Caput XXXVI

[Vet. XX].

VERS. 10.---Destruxit me undique, et pereo, et quasi avulsae arbori abstulit spem meam.

44. Praepositis corruentibus infirmi cadunt.---Quasi undique enim Ecclesia destruitur, atque in infirmis membris deperit, quando ipsa quae videbantur fortia corruunt, quando corona de capite abstrahitur, id est quando aeterna praemia etiam a praepositis negliguntur. Bene autem de infirmis cadentibus subditur: Et quasi avulsae arbori abstulit spem meam. Arbor quippe vento impellitur ut cadat. Et quem minae terrent, ut ad injustitiam corruat, quid aliud quam arbor flatum venti pertulit, et statum suae rectitudinis amisit? Quasi enim ex vento spem perdidit, qui, pravorum minis ac persuasionibus devictus, aeterna quae sperabat praemia reliquit. Et quia plerumque contingit ut poenas quis metuens justitiam deserat, fit, judicante Deo, ut etiam justitiam deserens poenas quas timuit non evadat, et qui mentis interitum minime timuit, etiam carnis mala toleret, quae timebat. Unde adhuc subdur:

Caput XXXVII

[Rec. XVII].

VERS. 11.---Iratus est contra me furor ejus, et sic me habuit quasi hostem suum.

45. Quosdam ferit Deus tanquam filios, alios tanquam hostes.---Praedicatore quippe egregio attestante dicimus quia fidelis est Deus, et non patietur nos tentari supra id quod possumus ferre, sed faciet cum tentatione proventum, ut possimus sustinere (I Cor. X, 13). Per prophetam quoque Dominus dicit: Plaga inimici percussi te, castigatione crudeli (Jerem. XXX, 14). Qui ergo ita percutitur, ut vires illius a percussione superentur, non hunc Dominus jam quasi filium per disciplinam, sed quasi hostem per iram ferit. Cum ergo virtutem nostrae patientiae flagella transeunt, valde metuendum est ne, peccatis nostris exigentibus, non jam quasi filii a patre, sed quasi hostes a Domino feriamur. Et quia fit plerumque ut etiam maligni spiritus afflictorum cordibus multa suadeant, atque inter flagella quae exterius feriunt cogitationes noxias in mentibus fundant, post furorem Domini recte subjungitur:

Caput XXXVIII

[Rec.

Capítulo XXXVI

[Vet. XX].

VERS. 10.---Me destruyó por todas partes, y perezco, y como a un árbol arrancado quitó mi esperanza.

44. Al caer los prepósitos, caen los débiles.---Pues casi por todas partes la Iglesia es destruida, y perece en sus miembros débiles, cuando aquellas mismas cosas que parecían fuertes caen, cuando la corona es arrancada de la cabeza, es decir, cuando los premios eternos son descuidados incluso por los prepósitos. Pero bien se añade sobre los débiles que caen: Y como a un árbol arrancado quitó mi esperanza. Pues ciertamente el árbol es impulsado por el viento para que caiga. Y aquel a quien las amenazas aterran, de modo que cae en la injusticia, ¿qué otra cosa sino un árbol ha sufrido el soplo del viento, y ha perdido el estado de su rectitud? Pues como por causa del viento perdió la esperanza aquel que, vencido por las amenazas y persuasiones de los malvados, abandonó los premios eternos que esperaba. Y porque frecuentemente sucede que, mientras uno teme las penas, abandona la justicia, ocurre que, por juicio de Dios, incluso abandonando la justicia no evita las penas que temía, y quien mínimamente temió la muerte de la mente, tolera también los males de la carne que temía. Por lo cual todavía se añade:

Capítulo XXXVII

[Rec. XVII].

VERS. 11.---Se inflamó contra mí su furor, y así me tuvo como a su enemigo.

45. A unos los hiere Dios como a hijos, a otros como a enemigos.---Pues, atestiguándolo el egregio predicador, decimos que fiel es Dios, y no permitirá que seamos tentados sobre aquello que podemos soportar, sino que hará con la tentación el provecho, para que podamos sostenerla (1 Cor. 10, 13). Por el profeta también dice el Señor: Con la llaga del enemigo te herí, con castigo cruel (Jer. 30, 14). Aquel, pues, que es herido de tal modo que sus fuerzas son superadas por la herida, el Señor ya no lo hiere como a un hijo por la disciplina, sino como a un enemigo por la ira. Cuando, por tanto, los azotes superan la virtud de nuestra paciencia, se debe temer grandemente que, por exigencia de nuestros pecados, ya no seamos heridos como hijos por un padre, sino como enemigos por el Señor. Y porque sucede frecuentemente que incluso los espíritus malignos sugieren muchas cosas a los corazones de los afligidos, y entre los azotes que hieren exteriormente infunden pensamientos nocivos en las mentes, tras el furor del Señor se añade rectamente:

Capítulo XXXVIII

[Rec. XVIII].

VERS. 12.---Simul venerunt latrones ejus, et fecerunt sibi viam per me. 46.

46. Afflictos maligni spiritus irrumpentes obsident. In eis voluntas injuste est, et potestas justa. In eis voluntas injuste est, et potestas justa.---Latrones namque ejus maligni sunt spiritus, qui exquirendis hominum mortibus occupantur. Quia viam sibi in afflictorum cordibus faciunt, quando inter adversa quae exterius tolerantur cogitationes quoque pravas immittere non desistunt. De quibus adhuc dicitur:

De quibus adhuc dicitur: Et obsederunt in gyro tabernaculum meum.

In gyro enim tabernaculum obsident quando 454 ex omni latere suis tentationibus mentem cingunt. Quam modo lugere de temporalibus, modo desperare de aeternis, modo in impatientiam ruere, atque in Deum blasphemiae verba jaculari, pessima suggestione persuadent. Quae tamen verba, ut jam praediximus, beato Job etiam juxta historiam congruunt, qui dum mala quae pertulit ante oculos congessit, non quasi corrigendum filium, sed quasi hostem percussum se esse judicavit. Per quem sibi etiam latrones ejus viam fecerunt, quia maligni contra eum spiritus licentiam percussionis acceperunt. Cujus in gyro tabernaculum obsederunt, quia, sublatis rebus et filiis, etiam corpus ejus omne vulneribus attriverunt. [Vet. XXI.] Sed mirum valde est, cum latrones diceret, cur addidit ejus? ut videlicet eosdem latrones Dei esse monstraret. Qua in re si voluntas ac potestas malignorum spirituum discernatur, cur latrones Dei dicantur aperitur. Maligni quippe spiritus ad nocendum nos incessabiliter anhelant; sed cum pravam voluntatem ex semetipsis habeant, potestatem tamen nocendi non habent, nisi eos voluntas summa permittat. Et cum ipsi quidem injuste nos laedere appetunt, quemlibet tamen laedere, non nisi juste a Domino permittuntur. Quia ergo in eis voluntas injusta est, et potestas justa, et latrones dicuntur, et Dei, ut ex ipsis sit quod inferre mala injuste desiderant, et ex Deo, quod desiderata juste consummant. Sed quia, ut saepe jam diximus, sanctus vir positus in dolore poenarum, modo suis, modo Ecclesiae, modo Redemptoris nostri vocibus utitur, et plerumque sic sua narrat, ut tamen per typum ea quae sunt sanctae Ecclesiae ac Redemptoris nostri proferat, postposita paulisper cura historiae, in his quae subjungit qualiter Redemptoris nostri vocibus congruat demonstremus. Sequitur:

Caput XXXIX

[Rec. XIX].

VERS. 13, 14.---Fratres meos longe fecit a me, et noti mei quasi alieni recesserunt a me. Dereliquerunt me propinqui mei, et qui me noverant obliti sunt mei.

VERS. 12.---Vinieron juntos sus ladrones, y se hicieron camino a través de mí.

46. Los espíritus malignos, irrumpiendo, asedian a los afligidos. En ellos la voluntad es injusta, y la potestad justa. Pues sus "ladrones" son los espíritus malignos, que se ocupan en buscar la muerte de los hombres. Porque se hacen camino en los corazones de los afligidos, cuando entre las adversidades que se toleran exteriormente no dejan de infundir también pensamientos perversos. De los cuales todavía se dice:

Y asediaron en derredor mi tabernáculo.

Pues asedian el tabernáculo en derredor cuando rodean la mente por todas partes con sus tentaciones. A la cual persuaden con pésima sugerencia ya a lamentarse por las cosas temporales, ya a desesperar de las eternas, ya a caer en la impaciencia, y a lanzar palabras de blasfemia contra Dios. Palabras que, sin embargo, como ya hemos dicho, convienen al bienaventurado Job incluso según la historia, quien mientras amontonaba ante sus ojos los males que padeció, juzgó que era herido no como un hijo que debe ser corregido, sino como un enemigo. A través del cual también sus ladrones se hicieron camino, porque los espíritus malignos recibieron contra él licencia de herir. Cuyo tabernáculo asediaron en derredor, porque, quitadas sus cosas y sus hijos, también desgastaron todo su cuerpo con llagas. [Vet. XXI.] Pero es muy admirable que, habiendo dicho "ladrones", ¿por qué añadió "suyos"? para mostrar, evidentemente, que esos mismos ladrones son de Dios. En lo cual, si se distinguen la voluntad y la potestad de los espíritus malignos, se aclara por qué son llamados ladrones de Dios. Pues los espíritus malignos anhelan incesantemente hacernos daño; pero, aunque tienen la voluntad perversa por sí mismos, sin embargo no tienen la potestad de dañar, a menos que la voluntad suprema se lo permita. Y aunque ellos ciertamente desean injustamente herirnos, sin embargo no se les permite por el Señor herir a nadie sino justamente. Porque, por tanto, en ellos la voluntad es injusta y la potestad justa, son llamados tanto "ladrones" como "de Dios", para que sea de ellos mismos el que deseen injustamente infligir males, y de Dios el que consumen justamente lo deseado. Pero porque, como ya hemos dicho a menudo, el santo varón puesto en el dolor de las penas, usa ya sus propias voces, ya las de la Iglesia, ya las de nuestro Redentor, y frecuentemente narra sus cosas de tal modo que, sin embargo, a través del tipo presenta aquellas que son de la santa Iglesia y de nuestro Redentor, pospuesta por un poco la preocupación de la historia, demostremos en las cosas que añade de qué manera concuerda con las voces de nuestro Redentor. Sigue:

Capítulo XXXIX

[Rec. XIX].

VERS. 13, 14.---A mis hermanos alejó de mí, y mis conocidos como extraños se apartaron de mí. Me abandonaron mis parientes, y los que me conocían se olvidaron de mí.

ALLEGORICUS SENSUS.---47. Judaei Christi fratres, noti et propinqui, quem incarnandum praedixerant, incarnatum negarunt.

Hoc melius ostendimus, si Joannis ad medium testimonium proferamus, qui ait: In propria venit, et sui eum non receperunt (Joan. I, 11). Ab eo quippe fratres longe facti sunt, et noti recesserunt, quem tenentes legem prophetare Hebraei noverunt, et praesentem minime recognoscebant. Unde recte dicitur: Dereliquerunt me propinqui mei, et qui me noverant obliti sunt mei. Judaei etenim propinqui per carnem, noti per legis instructionem, quasi obliti sunt quem prophetaverant, dum eum et incarnandum verbis legis canerent, et incarnatum verbis perfidiae negarent. Sequitur:

CAPUT XL.

VERS. 15.---Inquilini domus meae et ancillae sicut alienum habuerunt me. 48.

48. A sacerdotibus et levitis pro alieno habitus fuit Christus. A sacerdotibus et levitis pro alieno habitus fuit Christus.---Inquilini domus Dei fuerunt sacerdotes, quorum origo in Dei servitio deputata jam per officium in conditione tenebatur. Ancillae autem non immerito intelliguntur Levitarum animae, ad secreta tabernaculi, quasi ad interiora cubiculi, familiarius servientes. Dicat ergo de sacerdotibus sedula cura servientibus, dicat de Levitis ad interiora domus Dei obsequentibus: Inquilini domus meae et ancillae sicut alienum habuerunt me, quia incarnatum Dominum, quem dudum per legis verba praedixerant, cognoscere ac venerari noluerunt. 455 Qui adhuc apertius quod ab eorum perversa voluntate non sit cognitus manifestat cum subdit: Qui adhuc apertius quod ab eorum perversa voluntate non sit cognitus manifestat cum subdit:

CAPUT XLI.

IBID.---Et quasi peregrinus fui in oculis eorum.

49. Christus in propria domo peregrinus. Redemptor etenim noster, dum a synagoga cognitus non est, in domo sua quasi peregrinus exstitit. Quod aperte propheta testatur, dicens: Quare sicut colonus futurus es in terra, et quasi viator declinans ad manendum (Jerem. XIV, 8)? Quia enim ut Dominus auditus non est, non possessor agri, sed colonus est creditus. Qui quasi viator ad manendum tantummodo declinavit, quia paucos ex Judaea abstulit, et ad vocationem gentium pergens, iter coeptum peregit. Peregrinus ergo in eorum oculis fuit, quia dum sola quae videre poterant cogitabant, non valuerunt intelligere in Domino quod videre non poterant. Dum enim despiciunt carnem visibilem, non pervenerunt ad invisibilem majestatem. Dicatur igitur recte: Et quasi peregrinus fui in oculis eorum. De quo adhuc populo apte subjungitur:

SENTIDO ALEGÓRICO.---47. Los judíos, hermanos, conocidos y parientes de Cristo, negaron encarnado a quien habían predicho que se encarnaría.

Esto lo mostramos mejor si traemos al medio el testimonio de Juan, que dice: A lo suyo vino, y los suyos no le recibieron (Juan 1, 11). Pues de él se alejaron sus hermanos, y se apartaron sus conocidos, a quien los hebreos, guardando la ley, supieron profetizar, y estando presente mínimamente le reconocieron. Por lo cual rectamente se dice: Me abandonaron mis parientes, y los que me conocían se olvidaron de mí. Pues los judíos, parientes según la carne, conocidos por la instrucción de la ley, casi se olvidaron de aquel a quien habían profetizado, mientras tanto cantaban con las palabras de la ley que se encarnaría, como negaban con palabras de perfidia que se hubiera encarnado. Sigue:

CAPÍTULO XL.

VERS. 15.---Los moradores de mi casa y mis criadas me tuvieron por extraño.

48. Por los sacerdotes y levitas Cristo fue tenido por extraño. Los moradores de la casa de Dios fueron los sacerdotes, cuyo origen, destinado al servicio de Dios, ya por el oficio se mantenía en esa condición. Por criadas, además, se entienden no sin razón las almas de los levitas, que servían más familiarmente en los secretos del tabernáculo, como en lo interior de una alcoba. Diga, pues, de los sacerdotes que servían con solícito cuidado, diga de los levitas obedientes a lo interior de la casa de Dios: Los moradores de mi casa y mis criadas me tuvieron por extraño, porque no quisieron reconocer ni venerar al Señor encarnado, a quien tiempo atrás habían predicho por las palabras de la ley. El cual manifiesta todavía más claramente que no fue reconocido por la perversa voluntad de ellos cuando añade:

CAPÍTULO XLI.

IBID.---Y fui como un extraño a sus ojos.

49. Cristo, un extraño en su propia casa. Pues nuestro Redentor, mientras no fue reconocido por la sinagoga, existió en su propia casa casi como un extraño. Lo cual el profeta atestigua abiertamente diciendo: ¿Por qué habrías de ser como un morador en la tierra, y como un caminante que se desvía para pernoctar (Jer. 14, 8)? Porque como no fue escuchado como Señor, no fue creído poseedor del campo, sino morador. El cual, como un caminante, se desvió sólo para pernoctar, porque se llevó a unos pocos de Judea, y dirigiéndose a la vocación de las gentes, completó el camino comenzado. Fue, por tanto, un extraño a sus ojos, porque mientras pensaban sólo en las cosas que podían ver, no valieron para entender en el Señor lo que no podían ver. Pues mientras desprecian la carne visible, no llegaron a la invisible majestad. Dígase, por tanto, rectamente: Y fui como un extraño a sus ojos. De cuyo pueblo todavía se añade aptamente:

CAPUT XLII.

VERS. 16.---Servum meum vocavi, et non respondit.

50. Christus a suo servo, nimirum a Judaico populo contemptus. Quid enim Judaicus populus nisi servus fuit, qui non amore filii obsequebatur Domino, sed timore servili? Quo contra nobis per Paulum dicitur: Non accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater (Rom. VIII, 15). Hunc igitur servum vocavit Dominus, quia, collatis muneribus, quasi emissis eum vocibus ad se ducere studuit. Sed non respondit, quia digne opera donis ejus reddere contempsit. Vocat enim nos Deus cum muneribus praevenit, respondemus vero vocationi ejus cum digne juxta percepta munera deservimus. Quia ergo tot muneribus Judaicum populum praevenit, dicat: Servum meum vocavi. Sed quia etiam post tot munera eum contempsit, subjungat: Et non respondit. Sequitur:

Caput XLIII

(Vet. XXII, Rec. XX).

IBID.---Ore proprio deprecabar illum.

51. Christus jussis reluctantem deprecatus est, nec exauditus. Ac si apertius diceret: Ego ille qui ante incarnationem meam tot ei praecepta facienda per prophetarum ora mandaveram, incarnatus ad eum veniens, ore eum proprio deprecabar. Unde et Matthaeus, cum praecepta ab eo dari in monte describeret, ait: Aperiens os suum, dixit (Matth. V, 2). Ac si patenter dicat: Tunc os suum aperuit, qui prius aperuerat ora prophetarum. Hinc est etiam quod de illo a sponsa praesentiam ejus desiderante dicitur: Osculetur me osculis oris sui (Cant. I, 1). Sancta quippe Ecclesia quot praecepta ex ejus praedicatione cognovit, quasi tot oris ejus oscula accepit. Bene autem dicitur: Deprecabar, quia in carne monstratus, dum mandata vitae humiliter dixit, quasi superbientem servum, ut veniret, rogavit. Ubi et apte subditur:

Caput XLIV

(Rec.

VERS. 17.---Halitum meum exhorruit uxor mea. 52.

CAPÍTULO XLII.

VERS. 16.---Llamé a mi siervo, y no respondió.

50. Cristo despreciado por su propio siervo, a saber, el pueblo judaico. ¿Pues qué fue el pueblo judaico sino un siervo, que no obedecía al Señor con amor de hijo, sino con temor servil? Por el contrario, se nos dice por medio de Pablo: No habéis recibido otra vez el espíritu de servidumbre en el temor, sino el espíritu de adopción de hijos, en el cual clamamos: ¡Abba, Padre! (Rom. 8, 15). A este siervo, pues, llamó el Señor, porque, otorgados los dones, estudió atraerlo hacia sí como con voces emitidas. Pero no respondió, porque despreció devolver obras dignas por sus dones. Pues Dios nos llama cuando se nos anticipa con dones; pero respondemos a su vocación cuando servimos dignamente según los dones recibidos. Porque, por tanto, se anticipó al pueblo judaico con tantos dones, diga: Llamé a mi siervo. Pero porque incluso después de tantos dones él lo despreció, añada: Y no respondió. Sigue:

Capítulo XLIII

(Vet. XXII, Rec. XX).

IBID.---Con mi propia boca le suplicaba.

51. Cristo suplicó al que se resistía a sus mandatos, y no fue escuchado. Como si dijera más claramente: Yo, aquel que antes de mi encarnación le había mandado tantos preceptos que debía cumplir por boca de los profetas, viniendo a él encarnado, le suplicaba con mi propia boca. Por lo cual también Mateo, al describir los preceptos dados por él en el monte, dice: Abriendo su boca, dijo (Mat. 5, 2). Como si dijera patentemente: Entonces abrió su propia boca el que antes había abierto las bocas de los profetas. De aquí es también lo que se dice de él por la esposa que desea su presencia: Béseme con los besos de su boca (Cant. 1, 1). Pues la santa Iglesia, cuantos preceptos conoció por su predicación, recibió casi otros tantos besos de su boca. Pero bien se dice: Suplicaba, porque mostrado en la carne, mientras decía humildemente los mandatos de la vida, rogó casi a un siervo soberbio para que viniera. Donde también se añade aptamente:

Capítulo XLIV

(Rec. XXI).

VERS. 17.---Mi esposa aborreció mi aliento.

52. Christum exhorruit sponsa synagoga. Christum exhorruit sponsa synagoga.---Quid uxor Domini nisi Synagoga accipitur, in legis foedere carnali ei intelligentia subjecta? Halitus vero ex carne est. Sed infidelis populus carnem Domini carnaliter intellexit, quia purum hunc hominem credidit. Halitum ergo ejus uxor exhorruit, quia Synagoga eum quem videbat hominem Deum credere expavit. Cumque ab ejus ore verba corporaliter audiret, in eo intelligere divinitatis arcana 456 recusavit, et Creatorem esse non credidit quem creatum vidit. Carnis ergo halitum carnalis uxor exhorruit, quia, carnalibus sensibus dedita, incarnationis ejus mysterium non agnovit. Sequitur:

Caput XLV

(Rec. XXII).

IBID.---Et orabam filios uteri mei.

53. Qui Deus membra corporea habere dicatur. In Deo, qui corporis forma non circumscribitur, membra corporis, id est manus, oculus, uterus ita nominantur, ut ex membrorum vocabulis effectus ejus potentiae designentur. Oculos quippe habere dicitur, quia cuncta videt; manus habere describitur, quia cuncta operatur; in utero autem proles concipitur, quae in hac vita profertur. Quid ergo uterum Dei nisi ejus consilium debemus accipere, in quo ante saecula per praedestinationem concepti sumus, ut creati per saecula producamur? Deus ergo qui manet ante saecula uteri sui filios oravit, quia eos quos potenter per divinitatem condidit, incarnatus veniens humiliter rogavit. Sed quia in ipsa carne qua apparuit ab eorum aestimatione despectus est, subjungitur:

CAPUT XLVI.

VERS. 18.---Stulti quoque despiciebant me.

66. La Iglesia pide que sus sermones se graben en los corazones pesados por la avaricia, y en los duros.---Estas cosas hemos dicho en pocas palabras por exceso, para mostrar que el peso del pecado se expresa por la lámina de plomo. Las cuales palabras, sin embargo, del bienaventurado Job convienen también a la santa Iglesia, la cual custodiando los dos Testamentos de la sagrada elocuencia, como por segunda vez pide que se escriban sus sermones, diciendo: ¿Quién me otorgará que se escriban mis sermones? ¿Quién me dará que se graben en un libro? La cual, porque con fuerte sentencia habla ya a los corazones pesados por el peso de la avaricia, ya a los corazones duros, escribe con estilo de hierro en lámina de plomo o ciertamente en pedernal. Pero con derecho decimos que el bienaventurado Job usa las voces de nuestro Redentor y de su Iglesia si encontramos algo que habla abiertamente del mismo nuestro Redentor. [Vet. XXIX.] Pues ¿de qué modo se ha de creer que insinúa algo de él por figura, si no nos lo demuestra con voces abiertas? Pero ya abra lo que siente de él, y quítenos todas las ambigüedades de los pensamientos. Sigue:

CAPÍTULO LIV.

VERS. 25.---Pues yo sé que mi Redentor vive.

67. Job anunció abiertamente a Cristo Redentor.---Pues quien no dice creador, sino Redentor, lo anuncia abiertamente a Él que, después que creó todas las cosas, para redimirnos de la cautividad, apareció encarnado entre nosotros, y por su pasión nos libró de la muerte perpetua. Y es de notar con cuánta fe se adhiere a la virtud de su divinidad, de quien se dice por Pablo: Que aunque fue crucificado por flaqueza, pero vive por la virtud de Dios (2 Cor. 13, 4). Dice, pues: Pues yo sé que mi Redentor vive. Como si dijera con voces abiertas: Conozca cualquier infiel a aquel azotado, burlado, herido con palmas, coronado con corona de espinas, manchado con salivazos, crucificado, muerto; yo creo con fe cierta que Él vive después de la muerte, con voz libre profeso, porque mi Redentor vive, el cual sucumbió entre las manos de los impíos. Pero qué, bienaventurado Job, por su resurrección confías tú también de la resurrección de tu carne, profesa, te ruego, con voz abierta. Sigue:

Capítulo LV

[Rec. XXVII].

IBÍD.---Y en el novísimo día he de resucitar de la tierra.

68. Christus mortuus est ut mori non timeremus; resurrexit ut nos resurgere posse confidamus.---Quia videlicet resurrectionem quam in se ostendit in nobis etiam quandoque facturus est. Resurrectionem quippe quam in se ostendit nobis promisit, quia sui capitis gloriam sequuntur membra. Redemptor ergo noster suscepit mortem, ne mori timeremus. Ostendit resurrectionem, ut nos resurgere posse confidamus. Unde et eamdem mortem non plusquam triduanam esse voluit, ne si in illo resurrectio differretur, in nobis omnimodo desperaretur. Quod bene de illo per Prophetam dicitur: De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput (Psal. CIX, 7). Quasi enim de quodam flumine nostrae passionis non in mansione bibere, sed in via dignatus est, quia mortem transitorie, id est ad triduum contigit, atque in ea morte quam contigit, nequaquam sicut nos usque ad finem saeculi remansit. [Rec. XXVIII.] Dum ergo die tertio resurrexit, quid in ejus corpore, id est Ecclesia, sequatur ostendit. Exemplo quippe monstravit quod promisit in praemio, ut sicut ipsum resurrexisse fideles agnoscerent, ita in seipsis in fine mundi resurrectionis praemia sperarent. Ecce nos per mortem carnis usque ad finem mundi remanemus in pulvere, ille autem die tertia ab ariditate mortis viruit; ut divinitatis suae nobis potentiam ipsa innovatione suae carnis ostenderet. Quod bene per Moysen virgis duodecim in tabernaculo positis demonstratur (Num. XVII, 2). Nam cum Aaron sacerdotium, qui de tribu Levi fuerat, despiceretur, nec digna tribus quae offerret holocausta crederetur, duodecim virgae, juxta duodecim tribus, in tabernaculo poni praeceptae sunt; et ecce virga Levi viruit, et quid virtutis in munere Aaron haberet, ostendit (Ibid., 8). Quo videlicet signo quid innuitur, nisi quod omnes qui usque ad finem mundi jacemus in morte, quasi virgae reliquae in ariditate remanemus? Sed cunctis virgis in ariditate remanentibus, virga Levi ad florem redit, quia corpus Domini, veri scilicet sacerdotis nostri in mortis ariditate positum, in florem resurrectionis erupit. Quo flore recte Aaron sacerdos esse cognoscitur, quia hac resurrectionis gloria Redemptor noster, qui de tribu Juda ac Levi ortus est, intercessor pro nobis esse monstratur. Ecce ergo jam virga Aaron post ariditatem floret; sed virgae duodecim tribuum in ariditate remanent, quia jam quidem corpus Domini post mortem vivit, sed nostra adhuc corpora usque ad finem mundi a resurrectionis gloria differuntur. Unde caute hanc eamdem dilationem intulit, dicens: Et in novissimo die de terra surrecturus sum.

68. Cristo murió para que no temiéramos morir; resucitó para que confiáramos en que podemos resucitar.---Porque, a saber, la resurrección que mostró en sí mismo, la ha de realizar también en nosotros en algún momento. Pues la resurrección que mostró en sí mismo nos la prometió, porque los miembros siguen la gloria de su cabeza. Nuestro Redentor, por tanto, asumió la muerte para que no temiéramos morir. Mostró la resurrección para que confiáramos en que podemos resucitar. Por lo cual también quiso que esa misma muerte no fuera de más de tres días, no fuera que, si en él se dilataba la resurrección, en nosotros se desesperara de todo punto. Lo cual se dice bien de él por el Profeta: Del torrente beberá en el camino, por eso exaltará la cabeza (Sal. 109, 7). Pues se dignó beber como de un cierto río de nuestra pasión, no en la mansión, sino en el camino, porque tocó la muerte transitoriamente, esto es, por tres días, y en esa muerte que tocó, de ningún modo permaneció como nosotros hasta el fin del siglo. [Rec. XXVIII.] Mientras, pues, resucitó al tercer día, mostró lo que ha de seguir en su cuerpo, esto es, la Iglesia. Pues mostró con el ejemplo lo que prometió en el premio, para que así como los fieles reconocieran que él mismo había resucitado, así esperaran en sí mismos al fin del mundo los premios de la resurrección. He aquí que nosotros, por la muerte de la carne, permanecemos en el polvo hasta el fin del mundo, pero él al tercer día reverdeció de la aridez de la muerte; para que nos mostrara el poder de su divinidad por la misma innovación de su carne. Lo cual se demuestra bien por el Moisés con las doce varas puestas en el tabernáculo (Núm. 17, 2). Pues como se despreciara el sacerdocio de Aarón, que había sido de la tribu de Leví, y no se creyera digna a la tribu para ofrecer holocaustos, se mandó poner doce varas, según las doce tribus, en el tabernáculo; y he aquí que la vara de Leví reverdeció, y mostró qué virtud tenía Aarón en su oficio (Ibíd., 8). Con el cual signo, ¿qué se insinúa, sino que todos los que yacemos en la muerte hasta el fin del mundo, permanecemos como las varas restantes en la aridez? Pero permaneciendo todas las varas en la aridez, la vara de Leví vuelve a la flor, porque el cuerpo del Señor, nuestro verdadero sacerdote a saber, puesto en la aridez de la muerte, brotó en la flor de la resurrección. Por la cual flor rectamente se reconoce que Aarón es sacerdote, porque por esta gloria de la resurrección se muestra que nuestro Redentor, que nació de la tribu de Judá y de Leví, es intercesor por nosotros. He aquí, pues, que ya la vara de Aarón florece después de la aridez; pero las varas de las doce tribus permanecen en la aridez, porque ya ciertamente el cuerpo del Señor vive después de la muerte, pero nuestros cuerpos todavía se dilatan de la gloria de la resurrección hasta el fin del mundo. Por lo cual cautamente introdujo esta misma dilación, diciendo: Y en el novísimo día he de resucitar de la tierra.

[Vet. XXX.] 464 69. Fiduciam nostram roborat multorum mortuorum resurrectio.---Habemus ergo spem resurrectionis nostrae, considerata gloria capitis nostri. Sed ne quis vel cogitatione tacita forsitan dicat quod idcirco ille resurrexit a morte, quia unus idemque Deus et homo mortem, quam ex humanitate pertulit, ex divinitate superavit, nos vero, qui puri homines sumus, a mortis surgere damnatione non possumus, recte in resurrectionis ejus tempore etiam multorum sanctorum corpora resurrexerunt, ut et in se nobis exemplum ostenderet, et de aliorum qui nobis per puram humanitatem similes fuerunt nos resurrectione roboraret, quatenus cum se homo desperaret percipere quod in se ostenderat Deus homo, hoc in se fieri posse praesumeret, quod in ipsis factum cognosceret quos puros fuisse homines non dubitaret.

70. Fides resurrectionis astruitur.---Sunt vero nonnulli qui, considerantes quod spiritus a carne solvitur, quod caro in putredinem vertitur, quod putredo in pulverem redigitur, quod pulvis ita in elementa solvitur, ut nequaquam ab humanis oculis videatur, resurrectionem fieri posse desperant; et dum arida ossa inspiciunt, haec vestiri carnibus rursumque ad vitam viridescere posse diffidunt. Qui si resurrectionis fidem ex obedientia non tenent, certe hanc tenere ex ratione debuerant. Quid enim quotidie nisi resurrectionem nostram in elementis suis mundus imitatur? Per quotidiana quippe momenta lux ipsa temporalis quasi moritur, dum, supervenientibus noctis tenebris, ea quae aspiciebatur subtrahitur, et quasi quotidie resurgit, dum lux ablata oculis, suppressa iterum nocte reparatur. Per momenta quoque temporum cernimus arbusta viriditatem foliorum amittere, a fructuum prolatione cessare; et ecce subito quasi ex arescenti ligno velut quadam resurrectione veniente videmus folia erumpere, fructus grandescere, et totam arborem redivivo decore vestiri. Indesinenter cernimus parva arborum semina terrae humoribus commendari, ex quibus non longe post aspicimus magna arbusta surgere, folia pomaque proferre. Consideremus ergo parvum cujuslibet arboris semen, quod in terram jacitur, ut arbor ex illo producatur, et comprehendamus, si possumus, ubi in illa tanta brevitate seminis tam immensa arbor latuit, quae ex illo processit, ubi lignum ubi cortex, ubi viriditas foliorum, ubi ubertas fructuum. Nunquidnam in semine tale aliquid cernebatur cum in terram jaceretur?

[Vet. XXX.] 69. La resurrección de muchos muertos robustece nuestra confianza.---Tenemos, pues, esperanza de nuestra resurrección, considerada la gloria de nuestra cabeza. Pero para que nadie, tal vez con pensamiento tácito, diga que por eso él resucitó de la muerte porque él mismo, siendo uno solo Dios y hombre, superó con la divinidad la muerte que padeció por la humanidad, y que nosotros, que somos puros hombres, no podemos surgir de la condenación de la muerte, rectamente en el tiempo de su resurrección resucitaron también los cuerpos de muchos santos, para que nos mostrara el ejemplo en sí mismo y nos robusteciera con la resurrección de los otros que fueron semejantes a nosotros por la pura humanidad, a fin de que, cuando el hombre desesperara de percibir lo que el Dios hombre había mostrado en sí mismo, presumiera que esto podía hacerse en él, lo cual reconocería que se había hecho en aquellos que no dudaría que habían sido puros hombres.

70. Se establece la fe de la resurrección.---Hay, sin embargo, algunos que, considerando que el espíritu se separa de la carne, que la carne se convierte en podredumbre, que la podredumbre se reduce a polvo, que el polvo se disuelve de tal modo en los elementos que de ningún modo se ve por los ojos humanos, desesperan de que la resurrección pueda realizarse; y mientras miran los huesos secos, desconfían de que estos puedan vestirse de carnes y reverdecer de nuevo a la vida. Los cuales, si no mantienen la fe de la resurrección por obediencia, ciertamente debieron haberla mantenido por la razón. Pues, ¿qué imita diariamente el mundo en sus elementos sino nuestra resurrección? Pues por los momentos de cada día la misma luz temporal como que muere, mientras, sobreviniendo las tinieblas de la noche, se sustrae aquello que se miraba, y como que diariamente resucita, mientras la luz quitada a los ojos se repara de nuevo suprimida la noche. Por los momentos de las estaciones también vemos que los árboles pierden el verdor de las hojas, y cesan de la procreación de los frutos; y he aquí que de repente, como de la leña seca, viniendo como una cierta resurrección, vemos brotar las hojas, crecer los frutos y vestirse todo el árbol con renovado decoro. Incesantemente vemos que las pequeñas semillas de los árboles se encomiendan a los humores de la tierra, de las cuales no mucho después vemos surgir grandes árboles, y brotar hojas y manzanas. Consideremos, pues, la pequeña semilla de cualquier árbol que se echa en la tierra para que de ella se produzca el árbol, y comprendamos, si podemos, dónde en aquella tan gran brevedad de la semilla se ocultó tan inmenso árbol que de ella salió, dónde la madera, dónde la corteza, dónde el verdor de las hojas, dónde la abundancia de los frutos. ¿Acaso se discernía algo semejante en la semilla cuando se echaba en la tierra?

Et tamen occulto rerum omnium opifice cuncta mirabiliter ordinante, et in mollitie seminis latuit asperitas corticis, et in teneritudine illius absconsa est fortitudo roboris, et in siccitate ejus ubertas fructificationis. Quid ergo mirum, si tenuissimum pulverem, nostris oculis in elementis redactum, cum vult, in hominem roformat, qui ex tenuissimis seminibus immensa arbusta redintegrat? Quia ergo rationales sumus conditi, spem resurrectionis nostrae ex ipsa debemus rerum specie et contemplatione colligere, Sed quia in nobis sensus torpuit rationis, accessit in exemplum gratia Redemptoris. Venit namque conditor noster, suscepit mortem, ostendit resurrectionen, ut qui resurrectionis spem ex ratione tenere noluimus, hanc ex ejus adjutorio et exemplo teneremus. Dicat igitur beatus Job: Scio quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum. Et quisquis resurrectionis in se virtutem fieri posse desperat, verba in gentilitate positi viri fidelis erubescat, et penset quanto poenae sit pondere feriendus, si adhuc non credit suam, qui jam resurrectionem Domini cognovit factam, si et ille suam credidit, qui adhuc Domini Jesu sperabat esse faciendam.

[Vet. XXXI.] 1. Qualitas corporum post resurrectionem.---Sed ecce resurrectionem audio, effectum tamen ejusdem resurrectionis exquiro. Credo namque quia resurrecturus sim, sed volo ut audiam qualis. Sciendum quippe mihi est utrum in quodam alio subtili fortasse, vel aereo, an in eo quo moriar corpore resurgam. Sed si in aereo corpore surrexero, jam ego non ero qui resurgo. Nam quomodo est vera resurrectione, si vera esse non poterit caro? Aperta ergo ratio suggerit quia si vera caro non fuerit, procul dubio resurrectio vera non erit. Nec enim recte resurrectio dici potest, ubi non resurgit quod cecidit. Sed has nobis beate Job dubietatis nebulas tolle, et quia per acceptam sancti Spiritus gratiam de spe nobis loqui nostrae resurrectionis coepisti, aperte indica, si caro nostra veraciter resurgat. Sequitur:

Caput LVI

[Rec XXIX].

VERS. 26.---Et rursum circumdabor pelle mea.

72. Error Eutychii, corpus impalpabile aereque subtilius futurum asserentis refellitur.---Dum aperte pelle dicitur, omnis dubitatio verae resurrectionis aufertur, quia non, sicut Eutychius Constantinopolitanae urbis episcopus scripsit, corpus nostrum in illa resurrectionis gloria erit impalpabile, ventis aereque subtilius. In illa enim resurrectionis gloria erit corpus nostrum subtile quidem per effectum spiritalis potentiae, sed palpabile per veritatem naturae.

Y sin embargo, ordenándolo todo maravillosamente el oculto Artífice de todas las cosas, tanto en la blandura de la semilla se ocultó la aspereza de la corteza, como en su ternura se escondió la fortaleza del roble, y en su sequedad la abundancia de la fructificación. ¿Qué tiene, pues, de extraño si reforma en hombre cuando quiere el finísimo polvo, reducido ante nuestros ojos en los elementos, él que reintegra inmensos árboles de las semillas más finas? Porque, pues, hemos sido creados racionales, debemos recoger la esperanza de nuestra resurrección de la misma apariencia y contemplación de las cosas. Pero porque en nosotros se entorpeció el sentido de la razón, se añadió como ejemplo la gracia del Redentor. Pues vino nuestro Creador, asumió la muerte, mostró la resurrección, para que los que no quisimos mantener la esperanza de la resurrección por la razón, la mantuviéramos por su ayuda y ejemplo. Diga, pues, el bienaventurado Job: Sé que mi Redentor vive, y en el novísimo día he de resucitar de la tierra. Y quienquiera que desespere de que la virtud de la resurrección pueda realizarse en él, avergüéncese de las palabras de un hombre fiel puesto en la gentilidad, y piense con cuánto peso de pena ha de ser herido, si todavía no cree la suya el que ya conoció realizada la resurrección del Señor, si también aquel creyó la suya, el que todavía esperaba que la del Señor Jesús se había de realizar.

[Vet. XXXI.] 1. Calidad de los cuerpos después de la resurrección.---Pero he aquí que oigo la resurrección, sin embargo inquiero el efecto de la misma resurrección. Pues creo que he de resucitar, pero quiero oír de qué clase. Pues me es necesario saber si resucitaré en algún otro cuerpo sutil tal vez, o aéreo, o en aquel cuerpo en que muera. Pero si resucitara en un cuerpo aéreo, ya no seré yo el que resucite. Pues, ¿cómo es verdadera la resurrección si no puede ser verdadera la carne? Por tanto, la razón abierta sugiere que, si no fuera verdadera carne, sin duda no será verdadera resurrección. Pues ni rectamente puede llamarse resurrección donde no resucita lo que cayó. Pero quítanos estas nubes de duda, bienaventurado Job, y puesto que por la gracia recibida del Espíritu Santo comenzaste a hablarnos de la esperanza de nuestra resurrección, indica abiertamente si nuestra carne resucita verazmente. Sigue:

Capítulo LVI

[Rec XXIX].

VERS. 26.---Y de nuevo seré rodeado de mi piel.

72. Se refuta el error de Eutiquio, que afirma que el cuerpo será impalpable y más sutil que el aire.---Al decirse abiertamente "piel", se quita toda duda de la verdadera resurrección, porque nuestro cuerpo no será, como escribió Eutiquio, obispo de la ciudad de Constantinopla, impalpable en aquella gloria de la resurrección, más sutil que los vientos y el aire. Pues en aquella gloria de la resurrección nuestro cuerpo será ciertamente sutil por el efecto de la potencia espiritual, pero palpable por la verdad de la naturaleza.

Unde etiam redemptor noster dubitantibus de sua resurrectione discipulis, ostendit manus et latus, palpanda ossa carnemque praebuit, dicens: Palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere (Luc. XXIV, 39). Qui cum eidem Eutychio in Constantinopolitana urbe positus, hoc evangelicae veritatis testimonium protulissem, ait: Idcirco Dominus hoc fecit, ut dubitationem resurrectionis suae de discipulorum cordibus amoveret. Cui inquam: Mira est res valde quam astruis, ut inde nobis dubietas surgat, unde discipulorum corda a dubietate sanata sunt. Quid enim deterius dici potest quam ut hoc nobis de ejus vera carne dubium fiat, per quod discipuli ejus ad fidem ab omni sunt dubietate reparati? Si enim non hoc habuisse astruitur quod ostendit, unde fides discipulis ejus confirmata est, inde nostra destruitur. Qui adjungebat etiam, dicens: Corpus palpabile habuit quod ostendit; sed post confirmata corda palpantium, omne illud in Domino quod palpari potuit in subtilitatem est aliquam redactum. Ad haec ipsa respondi, dicens: Scriptum est: Christus resurgens a mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur (Rom. VI, 9). Si quid ergo in ejus corpore post resurrectionem potuit immutari, contra veridicam Pauli sententiam, post resurrectionem Lord rediit in mortem. Quod quis dicere vel stultus praesumat, nisi qui veram carnis ejus resurrectionem denegat? Tunc miio objecit, dicens: Cum scriptum sit: Caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt (I Cor. XV, 50), qua ratione credendum est resurgere veraciter carnem? Cui inquam: in sacro eloquio aliter caro dicitur juxta naturam, atque aliter juxta culpam, vel corruptionem. Caro quippe juxta naturam, sicut scriptum est: Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea (Genes. II, 23); et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis (Joan. I, 14). Caro vero juxta culpam, sicut scriptum est: Non permanebit in hominibus istis spiritus meus, eo quod sunt caro (Genes. VI, 3). Et sicut Psalmista ait: Memoratus est quia caro sunt: spiritus vadens, et non rediens (Psal. LXXVII, 39). Unde et discipulis Paulus dicebat: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu (Rom. VIII, 9). Neque enim in carne non erant, quibus epistolas transmittebat, sed quia passiones carnalium desideriorum vicerant, jam liberi per virtutem spiritus in carne non erant. Quod ergo Paulus apostolus dicit: Quia caro et sanguis regnum Dei possidere non possunt, carnem vult secundum culpam intelligi, non carnem secundum naturam. Unde et mox, quia carnem secundum culpam diceret ostendit subdens: Neque corruptio incorruptelam possidebit. In illa ergo coelestis regni gloria caro secundum naturam erit, sed secundum passionum desideria non erit, quia devicto mortis aculeo, in aeterna incorruptione regnabit.

Por lo cual también nuestro Redentor, a los discípulos que dudaban de su resurrección, les mostró las manos y el costado, ofreció los huesos y la carne para ser palpados, diciendo: Palpad y ved, porque el espíritu no tiene carne ni huesos, como veis que yo tengo (Lc. 24, 39). Al cual, estando yo en la ciudad de Constantinopla, habiéndole presentado al mismo Eutiquio este testimonio de la verdad evangélica, dijo: Por eso el Señor hizo esto, para quitar la duda de su resurrección de los corazones de los discípulos. A quien dije: Es cosa muy admirable la que afirmas, que de allí nos nazca la duda de donde los corazones de los discípulos fueron sanados de la duda. Pues, ¿qué cosa peor puede decirse sino que esto se nos vuelva dudoso sobre su verdadera carne, por lo cual sus discípulos fueron reparados a la fe de toda duda? Pues si se afirma que no tuvo esto que mostró, de donde se confirmó la fe para sus discípulos, de allí se destruye la nuestra. El cual añadía también, diciendo: Tuvo un cuerpo palpable que mostró; pero después de confirmados los corazones de los que palpaban, todo aquello en el Señor que pudo palparse fue reducido a alguna sutileza. A estas mismas cosas respondí, diciendo: Escrito está: Cristo, resucitando de los muertos, ya no muere, la muerte no se enseñoreará más de él (Rom. 6, 9). Si, pues, algo en su cuerpo pudo mudarse después de la resurrección, contra la verídica sentencia de Pablo, después de la resurrección el Señor volvió a la muerte. ¿Lo cual quién, aun necio, presumirá decir, sino el que niega la verdadera resurrección de su carne? Entonces me objetó, diciendo: Como esté escrito: La carne y la sangre no pueden poseer el reino de Dios (1 Cor. 15, 50), ¿por qué razón se ha de creer que la carne resucita verazmente? A quien dije: en la sagrada elocuencia de un modo se dice carne según la naturaleza, y de otro modo según la culpa, o la corrupción. Carne ciertamente según la naturaleza, como está escrito: Esto es ahora hueso de mis huesos, y carne de mi carne (Gén. 2, 23); y El Verbo se hizo carne, y habitó entre nosotros (Jn. 1, 14). Pero carne según la culpa, como está escrito: No permanecerá mi espíritu en estos hombres, porque son carne (Gén. 6, 3). Y como dice el Salmista: Se acordó de que son carne: espíritu que va y no vuelve (Sal. 77, 39). Por lo cual también Pablo decía a los discípulos: Pero vosotros no estáis en la carne, sino en el espíritu (Rom. 8, 9). Pues ni dejaban de estar en la carne aquellos a quienes transmitía las epístolas, sino que porque habían vencido las pasiones de los deseos carnales, ya libres por la virtud del espíritu, no estaban en la carne. Por tanto, lo que dice el apóstol Pablo: Porque la carne y la sangre no pueden poseer el reino de Dios, quiere que se entienda la carne según la culpa, no la carne según la naturaleza. Por lo cual también pronto mostró que decía la carne según la culpa, añadiendo: Ni la corrupción poseerá la incorrupción. En aquella gloria, pues, del reino celestial, la carne según la naturaleza estará, pero según los deseos de las pasiones no estará, porque vencido el aguijón de la muerte, reinará en la eterna incorrupción.

[Vet. XXXII.] 73. Eutychii responsiones et effugia diluuntur.---Quibus dictis idem Eutychius consentire se protinus respondit, sed tamen adhuc corpus palpabile resurgere posse denegabat. Qui etiam in libello quem de resurrectione scripserat Pauli quoque apostoli testimonium indiderat dicentis: Tu quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur; et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum (I Cor. XV, 36). Hoc nimirum ostendere festinans, quia caro vel impalpabilis, vel ipsa non erit, dum sanctus Apostolus de resurrectionis agens gloria, non corpus quod futurum est seminari dixerit. Sed ad haec citius respondetur. Nam Paulus apostolus dicens: Non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, hoc insinuat quod videmus, quia granum cum culmo et foliis nascitur, quod sine culmo et foliis seminatur. Ille itaque in augmento gloriae resurrectionis non dixit grano seminis deesse quod erat, sed adesse quod non erat. Iste autem dum verum corpus resurgere denegat, nequaquam dicit adesse quod deerat, sed deesse quod erat.

74. Eutychii librum flammis addicere cogitat imperator. Moritur Eutychius, abjurato errore.---Tunc itaque de hac re in longa contentione perducti, gravissima a nobis coepimus simultatione resilire, cum piae memoriae Tiberius Constantinus imperator secreto me et illum suscipiens, quid inter nos discordiae versaretur agnovit, et utriusque partis allegationem pensans, eumdem librum, quem de resurrectione scripserat, suis quoque allegationibus destruens, deliberavit ut flammis cremari debuisset. A quo ut egressi sumus, me aegritudo valida, eumdem vero Eutychium aegritudo et mors protinus est secuta. Quo mortuo, quia pene nullus erat qui ejus dicta sequeretur, dissimulavi coepta persequi, ne in favillas viderer verba jaculari. Dum tamen adhuc viveret, et ego validissimis febribus aegrotarem, quicunque noti mei ad eum salutationis gratia pergebant, ut eorum relatione cognovi, ante eorum oculos pellem manus suae tenebat, dicens: Confiteor quia omnes in hac carne resurgemus. Quod, sicut ipsi fatebantur, omnino prius negare consueverat.

75. Ex verbis Job resurrectio probatur.---Sed nos ista postponentes in beati Job sermonibus subtiliter exquiramus si vera erit resurrectio verumque corpus in resurrectione. [Vet. XXXIII.] Ecce enim jam de spe resurrectionis dubitare non possumus, dum ait: Et in novissimo die de terra resurrecturus sum. Dubietatem quoque de reparatione vera corporis abstulit, qui ait: Et rursum circumdabor pelle mea. Qui adhuc ad auferendas ambages nostrae cogitationis subdit:

VERS. 26.---Et in carne mea videbo Deum.

[Vet. XXXII.] 73. Se disuelven las respuestas y efugios de Eutiquio.---Dichas las cuales cosas, el mismo Eutiquio respondió que al punto consentía, pero sin embargo todavía negaba que el cuerpo palpable pudiera resucitar. El cual también en el librito que había escrito sobre la resurrección había insertado el testimonio del apóstol Pablo que dice: Lo que tú siembras no se vivifica si antes no muere; y lo que siembras, no siembras el cuerpo que ha de ser, sino el grano desnudo (1 Cor. 15, 36). Apresurándose a mostrar esto, a saber, que la carne o será impalpable, o no será ella misma, mientras el santo Apóstol, tratando de la gloria de la resurrección, dijo que no se siembra el cuerpo que ha de ser. Pero a estas cosas se responde más pronto. Pues el apóstol Pablo, al decir: No siembras el cuerpo que ha de ser, sino el grano desnudo, insinúa esto que vemos, que el grano nace con el tallo y las hojas, el cual se siembra sin tallo y sin hojas. Él, por tanto, en el aumento de la gloria de la resurrección, no dijo que al grano de la semilla le faltara lo que era, sino que le asistiera lo que no era. Este, en cambio, mientras niega que resucite el cuerpo verdadero, de ningún modo dice que asista lo que faltaba, sino que falte lo que era.

74. El emperador piensa entregar a las llamas el libro de Eutiquio. Muere Eutiquio, abjurado el error.---Entonces, pues, llevados a una larga contienda sobre este asunto, comenzamos a apartarnos con gravísima simulación el uno del otro, cuando el emperador Tiberio Constantino, de piadosa memoria, recibiéndonos en secreto a mí y a él, conoció qué discordia versaba entre nosotros, y pesando la alegación de cada parte, destruyendo el mismo libro que había escrito sobre la resurrección también con sus propias alegaciones, deliberó que debiera haber sido quemado en las llamas. De lo cual, en cuanto salimos, me siguió una enfermedad válida, y al mismo Eutiquio le siguió al punto una enfermedad y la muerte. Muerto el cual, porque casi no había nadie que siguiera sus dichos, disimulé proseguir lo comenzado, para no parecer que lanzaba palabras a las cenizas. Mientras, sin embargo, todavía vivía él, y yo estaba enfermo con fiebres validísimas, cualesquiera conocidos míos que iban a él por causa de saludo, según supe por su relación, tenía ante sus ojos la piel de su mano, diciendo: Confieso que todos resucitaremos en esta carne. Lo cual, como ellos mismos confesaban, antes había acostumbrado negar del todo.

75. Por las palabras de Job se prueba la resurrección.---Pero nosotros, posponiendo aquellas cosas, inquiramos sutilmente en los sermones del bienaventurado Job si la resurrección será verdadera y el cuerpo verdadero en la resurrección. [Vet. XXXIII.] Pues he aquí que ya no podemos dudar de la esperanza de la resurrección, cuando dice: Y en el novísimo día he de resucitar de la tierra. También quitó la duda sobre la verdadera reparación del cuerpo el que dijo: Y de nuevo seré rodeado de mi piel. El cual todavía, para quitar las ambages de nuestro pensamiento, añade:

VERS. 26.---Y en mi carne veré a Dios.

76. Reducendam carnem in integrum statum credidit Job.---Ecce resurrectionem, ecce pellem, ecce carnem apertis fatetur vocibus. Quid ergo remanet unde possit mens nostra dubitare? Si itaque iste vir sanctus ante effectum resurrectionis dominicae reducendam carnem in integrum statum credidit, quis erit reatus nostrae dubitationis, si vera carnis resurrectio nec post exemplum creditur Redemptoris? Si enim post resurrectionem corpus palpabile non erit, profecto alius surgit quam moritur, quod dictu nefas est credere, quia ego morior, et alius resurgat. Unde quaeso te, beate Job, subjunge quae sentis, et hujus nobis questionis scrupulum tolle. Sequitur:

Caput LVII

[Rec. XXX].

VERS. 27.---Quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, et non alius.

77. Caro nostra post resurrectionem eadem futura est per naturam, et diversa per gloriam.---Si enim, sicut quidam errorum sequaces arbitrantur, post resurrectionem corpus palpabile non erit, sed invisibilis corporis subtilitas caro vocabitur, quamvis substantia carnis non sit, profecto alius est qui moritur, et alius qui resurgit. Sed beatus Job hanc eis sententiam veridica voce destruit, qui ait: Quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, et non alius. Nos autem beati Job fidem sequentes, et Redemptoris nostri post resurrectionem corpus palpabile veraciter credentes, fatemur carnem nostram post resurrectionem futuram et eamdem, et diversam: eamdem per naturam, diversam per gloriam; eamdem per veritatem, diversam per potentiam. Erit itaque subtilis, quia et incorruptibilis. Erit palpabilis, quia non amittet essentiam veracis naturae. Sed sanctus vir eamdem resurrectionis fiduciam qua spe teneat, quanta certitudine praestoletur, adjungit. Sequitur:

CAPUT LVIII.

IBID.---Reposita est haec spes mea in sinu meo.

78. Job de resurrectione sua certissimus.---Nil nos habere certius credimus quam hoc quod in sinu tenemus. In sinu ergo suo spem repositam tenuit, quia veram certitudinem de spe resurrectionis praesumpsit. Sed quia venturum diem resurrectionis innotuit, jam nunc seu voce sua, seu typo sanctae et universalis Ecclesiae pravorum facta redarguit, et judicium quod in resurrectionis die sequitur praedicit. Nam protinus subdit:

CAPUT LIX.

76. Job creyó que la carne ha de ser reducida al estado íntegro.---He aquí que confiesa con voces abiertas la resurrección, la piel, la carne. ¿Qué queda, pues, de donde nuestra mente pueda dudar? Si, pues, este varón santo, antes del efecto de la resurrección dominical, creyó que la carne ha de ser reducida al estado íntegro, ¿cuál será el reato de nuestra duda, si no se cree la verdadera resurrección de la carne ni después del ejemplo del Redentor? Pues si después de la resurrección el cuerpo no ha de ser palpable, ciertamente resucita otro que el que muere, lo cual es nefasto de creer, que yo muera y otro resucite. Por lo cual te ruego, bienaventurado Job, añade lo que sientes y quítanos el escrúpulo de esta cuestión. Sigue:

Capítulo LVII

[Rec. XXX].

VERS. 26.---A quien yo mismo he de ver, y mis ojos han de contemplar, y no otro.

77. Nuestra carne después de la resurrección será la misma por naturaleza, y diversa por gloria.---Pues si, como piensan algunos seguidores de errores, después de la resurrección el cuerpo no ha de ser palpable, sino que la sutileza de un cuerpo invisible se llamará carne, aunque no sea sustancia de carne, ciertamente es uno el que muere y otro el que resucita. Pero el bienaventurado Job les destruye esta sentencia con voz verídica, al decir: A quien yo mismo he de ver, y mis ojos han de contemplar, y no otro. Nosotros, en cambio, siguiendo la fe del bienaventurado Job, y creyendo verazmente que el cuerpo de nuestro Redentor fue palpable después de la resurrección, confesamos que nuestra carne después de la resurrección ha de ser la misma y diversa: la misma por naturaleza, diversa por gloria; la misma por verdad, diversa por potencia. Será, pues, sutil, porque también incorruptible. Será palpable, porque no perderá la esencia de la naturaleza veraz. Pero el varón santo añade con qué esperanza mantiene esa misma confianza de la resurrección, con cuánta certeza la espera. Sigue:

CAPÍTULO LVIII.

IBÍD.---Esta mi esperanza está depositada en mi seno.

78. Job está certísimo de su resurrección.---Creemos que no tenemos nada más cierto que esto que tenemos en el seno. Por tanto, tuvo la esperanza depositada en su seno, porque presumió una verdadera certeza sobre la esperanza de la resurrección. Pero porque dio a conocer el día venidero de la resurrección, ya ahora, sea por su propia voz, sea en tipo de la santa y universal Iglesia, reprende los hechos de los malvados, y predice el juicio que sigue en el día de la resurrección. Pues al punto añade:

CAPÍTULO LIX.

VERS. 28, 29.---Quare ergo nunc dicitis: Persequamur eum, et radicem verbi inveniamus contra eum? Fugite ergo a facie gladii, quoniam ultor iniquitatum gladius est, et scitote esse judicium.

79. Ex judicio quod resurrectionem excepturum est, urget iniquos ad poenitentiam.---Priori quippe sententia iniquorum facta reprehendit, sequenti autem ex divino judicio poenas innotuit. Ait enim: Quare ergo nunc dicitis: Persequamur eum, et radicem verbi inveniamus contra eum? Perversi quilibet quia malo studio bene prolata audiunt, et in lingua justi accusationis aditum invenire appetunt, quid aliud quam contra eum verbi radicem quaerunt, ex qua videlicet loquendi originem sumant, et ramos pravae loquacitatis in accusatione dilatent? Sed vir sanctus cum a pravis talia sustinet, non contra eos, sed magis pro ipsis dolet, et male cogitata redarguit, ac mala eis quae fugiant ostendit, dicens: Fugite ergo a facie gladii, quia ultor iniquitatum gladius est, et scitote esse judicium. Omnis qui perversa agit, eo ipso quo hoc timere despicit, esse Dei judicium nescit. Si enim hoc timendum sciret, quae in illo sunt punienda non ageret. Nam sunt plerique qui extremum esse judicium verbo tenus sciunt, sed perverse agendo testantur quia nesciunt. Quia enim hoc non formidat ut debet, necdum cognovit cum quanto turbine terroris adveniat. Si enim pensare pondus tremendi examinis nosset, irae diem utique timendo praecaveret. Faciem quoque gladii fugere est animadversionis districtae sententiam prius quam appareat placare. Vitari namque terror judicis non nisi ante judicium potest. Modo non cernitur, sed precibus placatur. Cum vero in illo tremendo examine sederit, et videri potest, et placari jam non potest, quia facta pravorum, quae diu sustinuit tacitus, simul omnia reddet iratus. Unde necesse est nunc timere judicem, cum necdum judicium exercet, cum diu sustinet, cum mala adhuc tolerat quae videt, ne cum semel manum in retributione ultionis excusserit, tanto in judicio districtius feriat, quanto ante judicium diutius exspectavit.

VERS. 28, 29.---¿Por qué, pues, decís ahora: Persigámosle, y hallemos contra él la raíz de la palabra? Huid, pues, de la faz de la espada, porque la espada es vengadora de las iniquidades, y sabed que hay un juicio.

79. Por el juicio que ha de seguir a la resurrección, urge a los inicuos a la penitencia.---Pues con la anterior sentencia reprendió los hechos de los inicuos, pero con la siguiente dio a conocer las penas del juicio divino. Pues dice: ¿Por qué, pues, decís ahora: Persigámosle, y hallemos contra él la raíz de la palabra? Cualesquiera perversos, porque con mal estudio oyen las cosas bien proferidas, y apetecen hallar entrada de acusación en la lengua del justo, ¿qué otra cosa buscan sino la raíz de la palabra contra él, de la cual a saber tomen el origen de hablar, y dilaten los ramos de la depravada locuacidad en la acusación? Pero el varón santo, cuando sufre tales cosas de los perversos, no se duele contra ellos, sino más bien por ellos, y reprende lo mal pensado, y les muestra los males que huyan, diciendo: Huid, pues, de la faz de la espada, porque la espada es vengadora de las iniquidades, y sabed que hay un juicio. Todo el que obra perversamente, por eso mismo por lo que desprecia temer esto, ignora que hay juicio de Dios. Pues si supiera que esto es de temer, no obraría lo que en él ha de ser castigado. Pues hay muchísimos que saben de palabra que hay un juicio final, pero obrando perversamente testifican que lo ignoran. Pues porque no teme esto como debe, aún no ha conocido con cuánto torbellino de terror llega. Pues si supiera pesar el peso del tremendo examen, precavería ciertamente temiendo el día de la ira. Huir también de la faz de la espada es aplacar la sentencia de la animadversión estrecha antes de que aparezca. Pues el terror del juez no puede evitarse sino antes del juicio. Ahora no se discierne, pero se aplaca con ruegos. Pero cuando se siente en aquel tremendo examen, y pueda ser visto, ya no podrá ser aplacado, porque los hechos de los perversos, que por mucho tiempo sostuvo tácito, los devolverá todos juntos airado. Por lo cual es necesario temer ahora al juez, cuando aún no ejerce el juicio, cuando sostiene por mucho tiempo, cuando tolera todavía los males que ve, para que, cuando una vez sacuda la mano en la retribución de la venganza, tanto más estrechamente hiera en el juicio cuanto más tiempo esperó antes del juicio.

Liber D

ECIMUS QUINTUS.

In quo XX et XXI capitum libri Job explicatio brevis absolvitur.

[Vet. et Rec. I.] Quia amici beati Job nequaquam perversi esse potuerunt, Sophar Naamathitis verba testantur, qui de ore ejus terrorem venturi judicii audiens, protinus adjungit:

CAPUT PRIMUM.

CAP. XX, VERS. 2.---Idcirco cogitationes meae varie succedunt sibi, et mens in diversa rapitur.

1. Quanto terrore ex assidua ejus consideratione affici debeamus.---Ac si apertis vocibus dicat: Quia extremi judicii terrorem considero, idcirco cogitationum tumultibus in timore confundor. Tanto se quippe animus amplius, in cogitatione dilatat, quanto illud esse terribile, quod imminet, pensat. Et in diversa mens rapitur, quando modo mala quae egit, modo bona quae agere neglexit, modo reprehensibilia in quibus est, modo recta quae sibi adhuc deesse conspicit, sollicito pavore perpendit. Sed amici beati Job cum assiduitate vitae illius edocti bene vivere noverint, pensare tamen subtiliter Dei judicia nescientes, mala hic justorum quempiam posse recipere non credebant. Unde et eumdem sanctum virum iniquum esse suspicati sunt, quem flagellatum viderunt, atque ex hac suspicione agebatur ut in ejus quoque increpationem dilaberentur; ad quam tamen increpationem quasi sub quadam reverentia descendunt. Unde Sophar subjicit dicens:

CAPUT II.

VERS. 3.---Doctrinam qua me arguis audiam, et spiritus intelligentiae meae respondebit mihi.

Libro D

ÉCIMO QUINTO.

En el cual se concluye la breve explicación de los capítulos 20 y 21 del libro de Job.

[Vet. et Rec. I.] Que los amigos del bienaventurado Job de ningún modo pudieron ser perversos, lo testifican las palabras de Sofar el Naamatita, el cual, oyendo de su boca el terror del juicio venidero, al punto añade:

CAPÍTULO PRIMERO.

CAP. XX, VERS. 2.---Por eso mis diversos pensamientos se suceden unos a otros, y mi mente es arrebatada a cosas diversas.

1. Con cuánto terror debemos ser afectados por su asidua consideración.---Como si dijera con voces abiertas: Porque considero el terror del juicio extremo, por eso me confundo en el temor por los tumultos de los pensamientos. Pues tanto más se dilata el ánimo en el pensamiento cuanto más pesa que es terrible aquello que amenaza. Y la mente es arrebatada a cosas diversas cuando ahora los males que hizo, ahora los bienes que descuidó hacer, ahora las cosas reprensibles en las que está, ahora las rectas que ve que aún le faltan, las pesa con solícito pavor. Pero los amigos del bienaventurado Job, aunque enseñados por la asiduidad de su vida supieran vivir bien, sin embargo, ignorando pesar sutilmente los juicios de Dios, no creían que alguno de los justos pudiera recibir aquí males. Por lo cual también sospecharon que ese mismo varón santo era inicuo, a quien vieron azotado, y por esta sospecha se hacía que cayeran también en su reprensión; a la cual reprensión, sin embargo, descienden como bajo una cierta reverencia. Por lo cual Sofar añade diciendo:

CAPÍTULO II.

VERS. 3.---Oiré la doctrina con que me reprendes, y el espíritu de mi inteligencia me responderá.

2. Multi monita audiunt, ut judicent, non ut sequantur.---Ac si aperte dicat: Tua quidem verba audio, sed an recte prolata sint, spiritu meae intelligentiae discerno. Nam qui docentis verba despiciunt, doctrinam ejus non ad adjutorium, sed ad occasionem certaminis sumunt, ut audita potius judicent quam sequantur. His itaque sub quodam moderamine praemissis, in apertam jam beati viri exprobrationem prosilit, cum subjungit:

Caput III

[Rec. II].

VERS. 4, 5.---Hoc scio a principio, ex quo positus est homo super terram, quod laus impiorum brevis sit, et gaudium hypocritae ad instar puncti.

3. Breve est quidquid finitur.---Liquet nunc quia, suae intelligentiae spiritu inflatus, eas quas contra impios sententias profert in beati Job redargutionibus inflectit. Quem enim prius justa agere et postmodum poenas tolerare conspexit, omne in illo hypocrisim aestimat fuisse quod vidit, quia videlicet a justo Deo justum famulum affligi posse non credidit. Sed nos easdem ejusdem sententias, quas non recte rectas protulit, sollicita intentione pensantes exsequamur; et contemnentes quod falsum contra beatum Job loquitur, intueamur quam vera dicat si haec contra impios loqueretur. Ait itaque: Hoc scio a principio, ex quo positus est homo super terram, quod laus impiorum brevis sit. [Vet. II.] Dicturus brevitatem vitae praesentis, cordis oculum ad exordium reduxit originis, ut ex anteactis colligat quam nulla sint quae videntur aliqua esse dum sunt. Si enim ab ipso humani generis exortu usque ad hoc tempus in quo sumus mentis oculos ducimus, omne quod finiri potuit quam breve fuerit videmus. Ponamus enim quemlibet hominem a primo die mundi conditi usque ad hodiernum diem vitam ducere, hodie tamen eamdem vitam quam sic longam ducere videbatur finire, ecce finis adest, praeterita jam nulla sunt, quia cuncta transierunt. Futurum in hoc mundo nihil est, quia nullum ad vitam vel brevissimum restat momentum. Ubi est ergo longum tempus quod inter initium finemque deprehensum ita consumitur, ac si nec breve unquam fuisset?

2. Muchos oyen las advertencias para juzgar, no para seguir.---Como si dijera abiertamente: Oigo ciertamente tus palabras, pero si han sido rectamente proferidas, lo discierno por el espíritu de mi inteligencia. Pues los que desprecian las palabras del que enseña, toman su doctrina no para ayuda, sino para ocasión de contienda, para juzgar lo oído más bien que para seguirlo. Premitidas, pues, estas cosas bajo una cierta moderación, prorumpe ya en abierta exprobración del varón bienaventurado, cuando añade:

Capítulo III

[Rec. II].

VERS. 4, 5.---Esto sé desde el principio, desde que fue puesto el hombre sobre la tierra, que la alabanza de los impíos es breve, y el gozo del hipócrita como un punto.

3. Breve es todo lo que se termina.---Está claro ahora que, inflado por el espíritu de su propia inteligencia, vuelve contra el bienaventurado Job aquellas sentencias que profiere contra los impíos. Pues a quien antes vio actuar justamente y después tolerar penas, estima que todo lo que vio en él fue hipocresía (hypocrisim), porque evidentemente no creyó que un siervo justo pudiera ser afligido por un Dios justo. Pero nosotros sigamos esas mismas sentencias suyas, que profirió como rectas aunque no rectamente, sopesándolas con solícita intención; y despreciando lo que dice falso contra el bienaventurado Job, miremos cuán verdaderas cosas diría si hablara esto contra los impíos. Dice, pues: Esto sé desde el principio, desde que fue puesto el hombre sobre la tierra, que la alabanza de los impíos es breve. [Vet. II.] Al ir a hablar de la brevedad de la vida presente, redujo el ojo del corazón al exordio del origen, para colegir de lo pasado cuán nulas son las cosas que parecen ser algo mientras son. Pues si desde el mismo nacimiento del género humano hasta este tiempo en que estamos dirigimos los ojos de la mente, vemos cuán breve ha sido todo lo que pudo terminarse. Supongamos, pues, que cualquier hombre llevara su vida desde el primer día de la creación del mundo hasta el día de hoy, y que hoy, sin embargo, terminara esa misma vida que parecía llevar tan larga; he aquí que el fin está presente, lo pasado ya es nada, porque todo ha pasado. Nada hay futuro en este mundo, porque no queda para la vida ni el más breve momento. ¿Dónde está, pues, el largo tiempo que, comprendido entre el inicio y el fin, se consume de tal modo como si nunca hubiera sido ni siquiera breve?

4. Multi non esse, sed dici boni curant. Hypocritae gaudium transit, poena manet. Impii itaque, quia praesentem vitam diligunt, in ea procul dubio elati percipere laudem quaerunt. Linguae favoribus extolluntur, nec esse boni, sed dici appetunt. Quam videlicet laudem longam esse existimant dum assequuntur, sed brevem intelligunt fuisse dum amittunt. In fine quippe eis ostenditur quam nihil fuerit quod amaverunt. Unde recte contra eosdem impios dicitur: Hoc scio a principio, ex quo positus est homo super terram, quod laus impiorum brevis sit. Ubi apte subjungitur: Et gaudium hypocritae ad instar puncti. Saepe hypocrita dum sanctum se simulat, et iniquum exhibere minime formidat, ab omnibus honoratur, eique sanctitatis gloria defertur ab iis qui exteriora cernunt, sed interiora perspicere nequeunt. Unde fit ut gaudeat in prima sessione, hilarescat in primo recubitu, infletur in prima salutatione, elevetur in reverenti voce obsequentium, et superba cogitatione tumeat in famulatu subditorum, sicut voce quoque Veritatis de talibus dicitur: Omnia vero opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua, et magnificant fimbrias suas. Amant autem primos recubitus in coenis, et primas cathedras in synagogis, et salutationes in foro, et vocari ab hominibus, Rabbi (Matth. XXIII, 5). Sed hoc eorum gaudium aeternitati comparatum quid erit, quando, irruente mortis articulo, ita consumitur ac si omnino non fuerit? Cujus nimirum gaudii laetitia pertransiit, et poena permanet, et cum res amittitur, causa durat. Bene autem dicitur: Gaudium hypocritae ad instar puncti. In puncto enim stylus mox ut ponitur levatur, nec mora ulla agitur ut per exprimendam lineam trahatur. Gaudium ergo hypocritae ad similitudinem puncti est, quia apparet ad momentum, sed disparet in perpetuum; et sicut stylus in puncto dum ponitur levatur, sic hypocrita praesentis vitae gaudia dum tangit amittit. De quo et subditur:

Caput IV

[Rec. III].

VERS. 6, 7.---Si ascenderit usque ad coelum superbia ejus, et caput ejus nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur.

38. En el juicio se revelarán los males que yacen ocultos por dentro. Entonces se manifiesta el germen de su casa, cuando se muestra todo el mal que nacía en su conciencia. Pues ahora el germen de la casa del hipócrita permanece oculto, porque aunque su operación aparezca buena en imagen, late sin embargo la intención. Pues una cosa es lo que hace, otra lo que intenta. Pero cuando, al venir el Juez, la conciencia de cada uno haya sido conducida al testimonio, de donde está escrito: *Acusándoles sus pensamientos, o también defendiéndoles* (Rom. 2, 15), en esto se manifiesta el germen de la casa del hipócrita, porque en su mente se detecta el pensamiento perverso. Y en el día del furor de Dios es arrastrado, porque, mostrada la ira del juez, entregado a las llamas vengadoras, es separado de su presencia. Pues el que no quiso pensar en lo sumo mientras vivía, deprimido por el peso de sus propios pecados, caerá de la faz del Juez a lo ínfimo de los suplicios. Pero ahora el juez considera al pecador y lo tolera, y espera a cada uno a la conversión, porque es día de paciencia, y aún no es día de furor. Pero en este día de paciencia permanece como inmóvil el hipócrita, mientras tanto perpetra muchos males, y ningún azote lo castiga. Pero en el día del furor será arrastrado, porque, arrebatado en el tiempo de la venganza a los suplicios, es separado del rostro del Juez eterno. Sigue:

Capítulo XXXIII

[Rec. XX].

Esta es la parte del hombre impío de Dios, y la heredad de sus palabras del Señor.

39. In judicio vel minima mala punientur. ---Si enim bene agere in hac positus vita voluisset, partem apud Dominum coelestis regni consortium haberet. Sed quia pravis subdi desideriis elegit, partem suam a Domino in tormentis invenit, quia ejusdem Domini participare gratiam non quaesivit. Bene autem dicitur: Et haereditas verborum ejus a Domino. Qui enim pro magnis malis in supplicium mergitur, fortasse credebatur quod pro verbis quae male dixerat minime judicaretur. Sed cum districta Dei omnipotentis justitia supplicium a reprobis pro perversis actibus exigit, eis mala usque ad verborum retributionem reddit, ut qui de magnis malis debitores sunt, suppliciis traditi, etiam novissimum quadrantem solvant. Illis enim minima parcuntur qui majora in se districte male defleverunt. Nam quos magna premunt, etiam mala minima in gehenna pariter affligunt. Sancti autem viri non partem a Domino accipere, sed partem suam ipsum Dominum habere desiderant. Unde Propheta deprecatur, dicens: Portio mea Dominus (Psal. LXXII, 26) Iniquus vero quia portionem suam habere ipsum Dominum non quaesivit, partem suam extra Dominum ignem invenit, ut ab ejus facie exclusus, quia gaudere in ipso non appetiit, sub ipso crucietur. Haec Sophar ita intulit, ut per ea quae contra hypocritam dixerat beati Job vitam feriret, existimans quod is qui a Domino percussus esset cuncta bona quae egerat mente simplici non egisset. Quem enim percussum vidit, Deo displicuisse credidit. Sed amici beati Job etiam in hac re haereticorum speciem tenent, qui in sancta Ecclesia dum quosdam bene agentes aspiciunt sub flagellis gemere, eos existimant bona merita in bonis actibus non habere, et malos credunt quos affligi verbere divino conspiciunt, videlicet nescientes quia multae tribulationes justorum (Psal. XXXIII, 20); et flagellat omnem filium quem recipit (Hebr. XII, 6). Sed beatus Job more sanctae et universalis Ecclesiae, quae a perversis verborum jacula aequanimiter tolerat, et cum superborum dicta audit, humilitatis suae tramitem non relinquit, cum magna cordis humilitate subjunxit, dicens:

Caput XXXIV

[Vet. XXII, Rec. XXI].

CAP. XXI, VERS. 2.---Audite quaeso sermones meos, et agite poenitentiam.

39. En el juicio se castigarán hasta los males más pequeños. ---Pues si hubiera querido obrar bien estando puesto en esta vida, tendría su parte con el Señor en el consorcio del reino celestial. Pero porque eligió estar sujeto a deseos depravados, encuentra su parte de parte del Señor en los tormentos, porque no buscó participar de la gracia del mismo Señor. Pero bien se dice: Y la heredad de sus palabras del Señor. Pues el que por grandes males es sumergido en el suplicio, tal vez se creía que por las palabras que había dicho mal mínimamente sería juzgado. Pero cuando la estricta justicia de Dios omnipotente exige el suplicio de los réprobos por sus actos perversos, les devuelve los males hasta la retribución (retributionem) de las palabras, para que quienes son deudores de grandes males, entregados a los suplicios, paguen hasta el último cuadrante. Pues aquellas cosas mínimas se perdonan a quienes lloraron en sí mismos estrictamente los males mayores. Porque a quienes las grandes cosas oprimen, también los males mínimos en la Gehena (gehenna) igualmente los afligen. Los hombres santos, sin embargo, no desean recibir una parte del Señor, sino tener al mismo Señor por su parte. Por lo cual el Profeta suplica, diciendo: Dios es mi porción (Sal. 72, 26). Pero el inicuo, porque no buscó tener al mismo Señor como su porción, encuentra su parte fuera del Señor en el fuego, para que, excluido de su rostro, porque no apeteció gozar en Él, sea atormentado bajo Él. Estas cosas Sofar las introdujo de tal modo que por medio de las cosas que había dicho contra el hipócrita hería la vida del bienaventurado Job, estimando que aquel que había sido herido por el Señor no habría obrado con mente sencilla todas las cosas buenas que había hecho. Pues a quien vio herido, creyó que había desplacido a Dios. Pero los amigos del bienaventurado Job también en esto mantienen la semejanza de los herejes, que en la santa Iglesia, mientras ven a algunos que obran bien gemir bajo los azotes, estiman que no tienen buenos méritos en sus buenos actos, y creen malos a quienes ven afligidos por el golpe divino, ignorando a saber que muchas son las tribulaciones de los justos (Sal. 33, 20); y azota a todo hijo que recibe (Heb. 12, 6). Pero el bienaventurado Job, al modo de la santa e Iglesia universal, que tolera con ecuanimidad los dardos de las palabras de los perversos, y cuando oye los dichos de los soberbios, no abandona el sendero de su humildad, añadió con gran humildad de corazón, diciendo:

Capítulo XXXIV

[Vet. XXII, Rec. XXI].

JOB CAPÍTULO XXI, VERS. 2.---Oíd, os ruego, mis palabras, y haced penitencia.

40. Sancti dum recte docent, irrideri non metuunt. ---Qui enim cum diceret Audite, addidit Quaeso, cum quanta humilitate loquatur insinuat, dum contra se superbientes rogat, ut eorum sensum ad salutis doctrinam reducat. Sancti autem viri dum intra universalem Ecclesiam non solum docere recta, sed etiam perversa tolerare parati sunt, irrideri non metuunt. Unde et subditur:

CAPUT XXXV.

VERS. 3.---Sustinete me, ut et ego loquar, et post mea, si videbitur, verba ridete.

41. Sancti in verbis suis quaerunt auditoribus suis, et sibi prodesse. Superbis auditoribus grave onus est doctrina humilitatis. ---Boni etenim, cum loquuntur, duo sunt quae in suis locutionibus attendunt, ut videlicet aut sibi et auditoribus suis, aut sibimet solis prosint, si auditoribus prodesse non possunt. Cum enim bene audiuntur bona quae dicunt, sibi simul et auditoribus prosunt. Cum vero ab auditoribus deridentur, sibi procul dubio profuerunt, quos a culpa silentii liberos fecerunt. Beatus itaque Job ut sibi et suis auditoribus prosit, dicat: Audite quaeso sermones meos, et agite poenitentiam. Ut autem ipse quod debet exsolvat, etiam si auditoribus prodesse non valeat, adjungit: Sustinete me, ut et ego loquar, et post, mea, si videbitur, verba ridete. Et notandum quia dum subjungeret Agite poenitentiam, praemisit Audite; cum vero subderet: Post mea, si videbitur, verba ridete, praemisit Sustinete me. Audire quippe volentis est, sustinere nolentis. Amici ergo ejus si doceri appetunt, audiant; si autem irridere parati sunt, sustineant quae dicuntur, quia videlicet superbis mentibus pondus grave est oneris doctrina humilitatis. Sequitur:

Caput XXXVI

[Rec. XXII].

VERS. 4.---Nunquid contra hominem disputatio mea est, ut merito non debeam contristari?

42. Job ex flagellis humilior, Deo displicuisse tantum timuit. ---Omnis qui Deo placens hominibus displicet, causas tristitiae nullas habet. Qui autem aut hominibus placens Deo displicet, aut simul Deo et hominibus displicere se credit, si hunc tristitia non afficit, a virtute sapientiae alienus existit. Beatus autem Job displicuisse Deo inter flagella se credidit, et idcirco animum ad tristitiam revocavit, quia despiciendus non erat cui se displicuisse formidabat.

40. Los santos, mientras enseñan rectamente, no temen ser burlados. ---Pues el que al decir Oíd, añadió Os ruego, insinúa con cuánta humildad habla, mientras ruega a quienes se ensoberbecen contra él, para que reduzca el sentido de ellos a la doctrina de la salvación. Los hombres santos, en cambio, mientras dentro de la Iglesia universal están dispuestos no sólo a enseñar lo recto, sino también a tolerar lo perverso, no temen ser burlados. Por lo cual también se añade:

CAPÍTULO XXXV.

VERS. 3.---Soportadme, para que también yo hable, y después de mis palabras, si os parece, reíd.

41. Los santos en sus palabras buscan aprovechar a sus oyentes y a sí mismos. Para los oyentes soberbios es carga pesada la doctrina de la humildad. ---Pues los buenos, cuando hablan, son dos cosas las que atienden en sus locuciones, a saber, que aprovechen o a sí mismos y a sus oyentes, o a sí mismos solos, si no pueden aprovechar a los oyentes. Pues cuando se oyen bien las cosas buenas que dicen, aprovechan a la vez a sí mismos y a los oyentes. Pero cuando son burlados por los oyentes, sin duda se aprovecharon a sí mismos, a quienes hicieron libres de la culpa del silencio. El bienaventurado Job, por tanto, para aprovecharse a sí mismo y a sus oyentes, diga: Oíd, os ruego, mis palabras, y haced penitencia. Pero para que él mismo pague lo que debe, aunque no pueda aprovechar a los oyentes, añade: Soportadme, para que también yo hable, y después de mis palabras, si os parece, reíd. Y hay que notar que al añadir Haced penitencia, antepuso Oíd; pero cuando añadió Después de mis palabras, si os parece, reíd, antepuso Soportadme. Pues oír es propio del que quiere, soportar del que no quiere. Sus amigos, pues, si desean ser enseñados, oigan; pero si están dispuestos a burlarse, soporten lo que se dice, porque a saber para las mentes soberbias es peso grave de carga la doctrina de la humildad. Sigue:

CAPÍTULO XXXVI

[Rec. XXII].

VERS. 4.---¿Acaso es contra el hombre mi disputa, para que no deba contristarme merecidamente?

42. Job, hecho más humilde por los azotes, sólo temió haber desplacido a Dios. ---Todo aquel que, complaciendo a Dios, desplace a los hombres, no tiene causas de tristeza. Pero el que, o complaciendo a los hombres desplace a Dios, o cree que desplace a la vez a Dios y a los hombres, si a este la tristeza no lo afecta, existe ajeno a la virtud de la sabiduría. Pero el bienaventurado Job creyó haber desplacido a Dios entre los azotes, y por ello revocó su ánimo a la tristeza, porque no era despreciable aquel a quien temía haber desplacido.

Si autem de vitae suae meritis contra hominem disputaret, nequaquam contristari debuisset; sed quia per flagella praesentia anceps factus de anteacta vita fuerat, in flagello tristitiam jure requirebat. Unde etiam subdit:

CAPUT XXXVII.

VERS. 5.---Attendite me, et obstupescite.

43. Ex Job percussionibus discendum quid formidare debeamus. ---Id est, considerate quae egi, et admiramini in hac percussione quae patior. Qui adhuc recte subinfert, dicens:

IBID.---Et superponite digitum ori vestro.

Ac si aperte dicat: Scientes bona quae egi, et considerantes mala quae patior, vosmetipsos etiam a verborum culpa compescite, atque in meis percussionibus vestra damna formidate. Vel certe quia digitis quaeque discernimus, non incongrue per digitum discretio designatur. Unde et per Psalmistam dicitur: Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas ad praelium, et digitos meos ad bellum (Psal. CXLIII, 1). Per manus videlicet operationem, per digitos vero discretionem designans. [Vet. XVIII.] Digitus ergo ori superponitur cum per discretionem lingua refrenatur, ne per hoc quod loquitur in stultitiae culpam delabatur. Ait ergo: Superponite digitum ori vestro, id est, locutioni vestrae discretionis virtutem adjungite, ut per haec quae recta contra hypocritam dicitis quibus sint dicenda videatis. Sequitur:

CAPUT XXXVIII.

VERS. 6.---Et ego quando recordatus fuero, pertimesco, et concutit carnem meam tremor.

44. Quaedam ironice et per irrisionem a sanctis dicuntur. ---Quia beatus Job actuum suorum oblitus non fuerit, extrema locutio ejus ostendit. Qua ex re hoc quod ab eo nunc amicis dicitur: Et ego quando recordatus fuero, pertimesco, et concutit carnem meam tremor, constat nimirum quod per irrisionem dicatur. Ac si aperte diceretur: Si me aliquid hypocritae habuisse meminero, in poenitentiae mox fletu contremisco. Carmen vero suam, si recordatus fuerit, tremore perhibet concuti, id est infirmitatem operis ultionis pavore fatigari. Sed quia multa Sophar de subita damnatione impii, in quibus beati Job potentiam momordit, asseruit, sanctus vir contra ejus dicta subjungit, dicens:

Si, en cambio, disputara contra el hombre sobre los méritos de su vida, de ningún modo debería haberse contristado; pero porque por los azotes presentes se había vuelto dudoso sobre su vida pasada, en el azote requería con derecho la tristeza. Por lo cual también añade:

CAPÍTULO XXXVII.

VERS. 3.---Atendedme, y estupefactos quedaos.

43. De las percusiones de Job hay que aprender qué debemos temer. ---Es decir, considerad las cosas que hice, y admiraos de esta percusión que padezco. El cual todavía rectamente añade, diciendo:

IBÍD.---Y poned el dedo sobre vuestra boca.

Como si abiertamente dijera: Sabiendo las cosas buenas que hice, y considerando los males que padezco, refrenaos también vosotros de la culpa de las palabras, y temed vuestros propios daños en mis percusiones. O ciertamente porque con los dedos discernimos cada cosa, no incongruentemente por el dedo se designa la discreción. Por lo cual también se dice por el Salmista: Bendito el Señor Dios mío, que enseña mis manos para el combate, y mis dedos para la guerra (Sal. 143, 1). Designando por las manos la operación, por los dedos en cambio la discreción. [Vet. XVIII.] El dedo pues se pone sobre la boca cuando por la discreción se refrena la lengua, para que por esto que habla no caiga en la culpa de la estulticia. Dice pues: Poned el dedo sobre vuestra boca, es decir, adjuntad a vuestra locución la virtud de la discreción, para que por medio de estas cosas rectas que decís contra el hipócrita veáis a quiénes se han de decir. Sigue:

CAPÍTULO XXXVIII.

VERS. 6.---Y yo cuando me acuerdo, me aterrorizo, y sacude mi carne el temblor.

44. Algunas cosas se dicen irónicamente y por burla por los santos. ---Puesto que el bienaventurado Job no fue olvidadizo de sus propios actos, su última locución lo muestra. Por lo cual esto que ahora se dice por él a los amigos: Y yo cuando me acuerdo, me aterrorizo, y sacude mi carne el temblor, consta sin duda que se dice por burla. Como si abiertamente se dijera: Si me acuerdo de haber tenido algo de hipócrita, al punto tiemblo en el llanto de la penitencia. Pero dice que su carne, si se acordara, es sacudida por el temblor, es decir, que la debilidad de la obra es fatigada por el pavor de la venganza. Pero porque Sofar afirmó muchas cosas sobre la súbita condenación del impío, en las cuales mordió la potencia del bienaventurado Job, el hombre santo añade contra sus dichos, diciendo:

Caput XXXIX

[Rec. XXIII].

VERS. 7.---Quare ergo impii vivunt, sublevati sunt, confortatique divitiis?

45. Expenditur hujus vitae felicitas, in dignitatibus et divitiis, in liberis et propinquis; in pacata domo; in armentorum fecunditate; in familiae multitudine et exsultatione. ---Nisi enim eos patientia divina toleraret, nequaquam diu vitam in peccatis ducerent. Sublevantur namque divitiis cum esse potentes incipiunt, confortantur vero cum diu in hac vita subsistere permittuntur. Quos enim substantia elevat, in suae fastu potentiae dierum longitudo confortat. Vel certe sublevati et confortati referuntur, quia sublevantur honoribus, confortantur rebus. Sed sunt plerique qui et honoribus sublevati, et divitiis confortati, ea quae in hac concupiscunt vita accipiunt, successione autem sobolis privantur. Istis nimirum ipsa sua potentia poena est, cum et magnam se habere haereditatem considerant, et haeredes non habent quibus relinquant. Quid itaque prodest si adsint omnia, et desint filii qui successores fiant? Sequitur:

CAPUT XL.

VERS. 8.---Semen eorum permanet coram eis.

46. In augmentum magnae felicitatis, cum magno patrimonio dantur et haeredes; ac ne qua necessitas saltem temporalis ab oculis subtrahat eos in quibus animus exsultat, de hoc eorum semine dicitur: Permanet coram eis. Quid autem si filii dati sunt, sed ipsi sterilitate feriuntur? Sic in eis genus exstinguitur, sicut parentum sterilitate exstingui timebatur. Sequitur:

IBID.---Propinquorum turba et nepotum in conspectu eorum.

Ecce adest vita, adsunt honores et divitiae, adsunt filii, adsunt nepotes. Quid si qua mentem intestina cogitatio exurat, et securitatis gaudia domestica rixa transverberet? Quae est mundi hujus felicitas, si laeta non est? Sequitur:

CAPUT XLI.

VERS. 9.---Domus eorum securae sunt et pacatae, et non est virga Dei super illos.

Capítulo XXXIX

[Rec. XXIII].

VERS. 7.---¿Por qué, pues, viven los impíos, han sido elevados y confortados con riquezas?

45. Se pondera la felicidad de esta vida, en las dignidades y riquezas, en los hijos y parientes; en la casa pacificada; en la fecundidad de los rebaños; en la multitud y exultación de la familia. ---Pues si no los tolerara la paciencia divina, de ningún modo llevarían por mucho tiempo la vida en pecados. Pues son elevados con las riquezas cuando empiezan a ser potentes, pero son confortados cuando se les permite subsistir por mucho tiempo en esta vida. Pues a quienes la sustancia eleva, en el fasto de su potencia la longitud de los días los conforta. O ciertamente se dicen elevados y confortados, porque son elevados por los honores, confortados por las cosas. Pero hay muchos que, tanto elevados por los honores como confortados por las riquezas, reciben aquellas cosas que desean en esta vida, pero son privados de la sucesión de la prole. Para estos sin duda su misma potencia es pena, cuando consideran que tienen una gran herencia, y no tienen herederos a quienes dejarla. ¿Qué aprovecha pues si todas las cosas están presentes, y faltan los hijos que sean sucesores? Sigue:

CAPÍTULO XL.

VERS. 8.---Su simiente permanece ante ellos con ellos.

46. Para aumento de la gran felicidad, con el gran patrimonio se dan también herederos; y para que ninguna necesidad siquiera temporal sustraiga de sus ojos a aquellos en quienes el alma exulta, de esta simiente de ellos se dice: Permanece ante ellos. Pero ¿qué si se han dado hijos, pero ellos mismos son heridos por la esterilidad? Así se extingue en ellos el linaje, tal como se temía que se extinguiera por la esterilidad de los padres. Sigue:

IBÍD.---La muchedumbre de sus parientes y nietos ante sus ojos. [Propinquorum turba et nepotum in conspectu eorum.]

He aquí que la vida está presente, los honores y riquezas están presentes, los hijos están presentes, los nietos están presentes. ¿Qué si algún pensamiento interno abrasara la mente, y la riña doméstica atravesara los goces de la seguridad? ¿Qué es la felicidad de este mundo, si no es alegre? Sigue:

CAPÍTULO XLI.

VERS. 9.---Sus casas están seguras y pacíficas, y no está la vara de Dios sobre ellos.

47. Securae et pacatae sunt, quia peccantes vivunt, lugenda agunt, et gaudia non relinquunt. Virga eos supernae disciplinae non percutit, et tanto amplius in culpa proficiunt, quanto minus ex culpa feriuntur. Sed quia intus quae prosperantur audivimus, in agris quoque quae prosperitas arrideat videamus. Sequitur:

VERS. 10.---Bos eorum concepit, et non abortivit; vacca peperit, et non est privata fetu suo.

Vulgaris locutionis usus est ut bovem masculum et vaccam feminam vocet, sed litteraturae (Id est, grammaticae), locutio bovem communis generis appellat. Unde nunc dicitur: Bos eorum concepit, et non abortivit; vacca peperit, et non est privata fetu suo. Dominis gregum prima felicitas est, si grex sterilitatem non habens concipit; secunda, si conceptus ad partum venit; tertia autem, si hoc quod partum est per nutrimenta ad provectum ducatur. Ut ergo tota simul adesse impiis demonstraret, eorum greges beatus Job asserit concepisse, et non abortisse; peperisse, et fetu proprio non esse privatos. Minor autem est felicitas, si cum greges crescunt, custodes quoque gregum non proficiunt. Unde et ad fecunditatem gregum mox fecunditas familiae subrogatur. Nam dicitur:

CAPUT XLII.

VERS. 11.---Egrediuntur quasi greges parvuli eorum, et infantes eorum exsultant lusibus.

48. Ut sicut majora ad habendum concessa sunt, ita multi germinent ad custodiendum. Sed quia dixit Exsultant lusibus, ipsum quoque infantium lusum in domo iniquorum ne vilem valde esse crederemus, subjungens, ait:

VERS. 12.---Tenent tympanum et citharam, gaudent ad sonitum organi.

Ac si patenter dicat: Cum domini honoribus et rebus tument, subjecti in ludicris actibus gaudent. Sed, o beate vir, quid tam multa nobis de iniquorum voluptatibus narras? Jam diu est quod in eorum descriptione loqueris, post multa breviter distingue quae sentis. Sequitur:

Caput XLIII

[Vet. XIX, Rec. XXIV].

VERS. 13.---Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt.

47. Seguras y pacíficas son, porque viven pecando, hacen cosas lamentables, y no abandonan los goces. La vara (virga) de la disciplina celestial no los hiere, y tanto más aprovechan en la culpa, cuanto menos por la culpa son golpeados. Pero porque hemos oído las cosas que prosperan por dentro, veamos también en los campos qué prosperidad les sonríe. Sigue:

VERS. 10.---Su buey concibe, y no aborta; su vaca pare, y no es privada de su feto.

El uso de la locución vulgar es que llame al macho buey y a la hembra vaca, pero la locución de la literatura (es decir, de la gramática), llama al buey de género común. Por lo cual ahora se dice: Su buey concibe, y no aborta; su vaca pare, y no es privada de su feto. Para los dueños de los rebaños la primera felicidad es, si el rebaño no teniendo esterilidad concibe; la segunda, si lo concebido llega al parto; la tercera en cambio, si esto que ha nacido por medio de los alimentos es conducido al crecimiento. Para demostrar pues que todo a la vez estaba presente para los impíos, el bienaventurado Job afirma que sus rebaños concibieron, y no abortaron; parieron, y de su propio feto no fueron privados. Pero menor es la felicidad si, cuando los rebaños crecen, los custodios de los rebaños tampoco aprovechan. Por lo cual también a la fecundidad de los rebaños pronto se subroga la fecundidad de la familia. Pues se dice:

CAPÍTULO XLII.

VERS. 11.---Salen como rebaños sus pequeñuelos, y sus niños saltan de gozo.

48. Para que así como se han concedido cosas mayores para poseer, así muchos broten para custodiarlas. Pero porque dijo Saltan de gozo, para que no creyéramos que el mismo juego de los infantes en la casa de los inicuos fuera muy vil, añadiendo, dice:

VERS. 12.---Toman el tamboril y la cítara, y gozan al sonido del órgano.

Como si patéticamente dijera: Cuando los señores se hinchan con honores y cosas, los súbditos gozan en actos lúdicos. Pero, oh varón bienaventurado, ¿por qué nos cuentas tantas cosas de los placeres de los inicuos? Ya hace mucho que hablas en su descripción, después de muchas cosas distingue brevemente lo que sientes. Sigue:

Capítulo XLIII

[Vet. XIX, Rec. XXIV].

VERS. 13.---Pasan sus días en bienes, y en un punto descienden al infierno.

49. Quidquid finem habet, momentaneum. Prosperitas innocentiae, adversitas iniquitatis non est argumentum.--- Ecce, beate vir, eorum gaudia diu narraveras; quomodo nunc asseris quod in puncto ad inferna descendant, nisi quod omnis longitudo temporis vitae praesentis punctus esse cognoscitur, cum fine terminatur? Cum enim ad extremum quisque perducitur, de praeterito jam nil tenet, quia tempora cuncta delapsa sunt; in futuro nil habet, quia unius horae momenta non restant. Vita ergo quae sic angustari potuit punctus fuit. Ut enim praediximus, in puncto stylum ponimus, et levamus. Quasi ergo in puncto vitam tetigit, qui hanc accepit et amisit. Potest in puncto hoc quoque intelligi, quod saepe hi qui diu in iniquitate tolerati sunt subita morte rapiuntur, ut nec flere ante mortem liceat quae peccaverunt. Sed quia nonnunquam etiam vita justorum subito fine terminatur, melius illud accipimus, si hoc de eorum temporali vita sentiamus, quia quidquid transire potuit subitum fuit. Amicis autem beati Job, qui idcirco hunc injustum esse crediderunt, quia flagellatum viderunt, recte ejusdem sancti viri voce de iniquorum flore et perditione ostensum est quia praesentis vitae prosperitas innocentiae testis non est, quia multi ad perennem vitam per flagella redeunt, et plerique ad infinita supplicia perducendi sine flagello moriuntur. De quibus adhuc subditur:

Caput XLIV

[Rec. XXV].

VERS. 14.---Qui dixerunt Deo: Recede a nobis.

50. Qui Dei mandatis non obsequuntur, eum a se abigunt.--- Haec verbis dicere vel stulti minime praesumunt; sed tamen perversi omnes Deo Recede, non verbis, sed moribus dicunt. Qui enim illa agunt quae Deus omnipotens prohibet, quid aliud faciunt quam suum animum contra Omnipotentem claudunt? Sicut enim ejus praecepta cogitare eum ad se introducere est, ita ejus mandatis obsistere eum a cordis inhabitatione repellere est. Dicunt ergo: Recede a nobis, qui ei ad se aditum praebere recusant, eumque pravis actibus impugnant, etiam si verbis laudare videantur. Dicunt etiam:

CAPUT XLV.

IBID.---Scientiam viarum tuarum nolumus.

49. Todo lo que tiene fin es momentáneo. La prosperidad de la inocencia y la adversidad de la iniquidad no son argumentos.--- He aquí, varón bienaventurado, habías narrado largamente sus goces; ¿cómo afirmas ahora que en un punto descienden al infierno, sino porque toda longitud de tiempo de la vida presente se reconoce como un punto, cuando se termina con el fin? Pues cuando cada uno es conducido al extremo, ya nada retiene de lo pasado, porque todos los tiempos se han deslizado; en el futuro nada tiene, porque no restan los momentos de una sola hora. La vida, pues, que así pudo estrecharse, fue un punto. Pues como dijimos antes, en un punto ponemos y levantamos el estilo. Como en un punto tocó la vida el que la recibió y la perdió. En este punto puede también entenderse que a menudo aquellos que han sido largamente tolerados en la iniquidad son arrebatados por una muerte súbita, de modo que ni siquiera se les permita llorar antes de la muerte lo que pecaron. Pero porque a veces también la vida de los justos termina con un fin súbito, mejor aceptamos aquello, si sentimos esto sobre su vida temporal, porque todo lo que pudo pasar fue súbito. Pero a los amigos del bienaventurado Job, que por eso creyeron que este era injusto porque lo vieron azotado, rectamente se mostró por la voz del mismo santo varón sobre el florecimiento y la perdición de los inicuos que la prosperidad de la vida presente no es testigo de la inocencia, porque muchos vuelven a la vida perenne por los azotes, y muchísimos, que han de ser conducidos a castigos infinitos, mueren sin azote. Sobre los cuales todavía se añade:

Capítulo XLIV

[Rec. XXV].

VERS. 14.---Que dijeron a Dios: Apártate de nosotros.

50. Quienes no obedecen los mandatos de Dios, lo alejan de sí.--- Estas cosas ni siquiera los necios presumen decirlas con palabras; pero, sin embargo, todos los perversos dicen a Dios "Apártate", no con palabras, sino con sus costumbres. Pues quienes hacen aquellas cosas que el Dios omnipotente prohíbe, ¿qué otra cosa hacen sino cerrar su ánimo contra el Omnipotente? Pues así como pensar en sus preceptos es introducirlo en uno mismo, así resistir a sus mandatos es repelerlo de la inhabitación del corazón. Dicen, pues: "Apártate de nosotros", quienes se niegan a darle acceso a sí mismos, y lo impugnan con actos depravados, aunque parezcan alabarlo con palabras. Dicen también:

CAPÍTULO XLV.

IBÍDEM.---No queremos la ciencia de tus caminos.

51. Aliud est nescire vias Dei, aliud scire nolle.--- Eo ipso quo ejus scientiam apprehendere contemnunt. Sunt namque nonnulli qui ex eo quod Veritas dicit: Servus qui non cognovit voluntatem domini sui, et facit digna plagis, vapulabit paucis; et servus sciens voluntatem domini sui, et non faciens juxta eam, vapulabit multis (Luc. XII, 47, 48); nolunt scire quod faciant, et quasi minus se vapulaturos existimant, si nesciant quod operari debuerunt. Sed aliud est nescisse, aliud scire noluisse. Nescit namque qui apprehendere vult, et non valet. Qui autem ut nesciat aurem a voce veritatis avertit, iste non nesciens, sed contemptor addicitur. [Vet XX.] Via autem Dei pax, via Dei humilitas, via Dei patientia est. Sed quia haec omnia iniqui despiciunt, dicunt: Scientiam viarum tuarum nolumus. Dum enim in praesenti vita superbiunt, dum honoribus inflantur, dum etiam si non habent appetunt, vias Dei in sua cogitatione contemnunt. Quia enim via Dei in hac vita humilitas fuit, ipse hic Deus et Dominus redemptor noster ad probra, ad contumelias, ad passionem venit, et adversa hujus mundi aequanimiter pertulit, prospera fortiter vitavit, ut et prospera doceret aeternae vitae appeti, et adversa praesentis vitae non formidari. Sed quia iniqui gloriam vitae praesentis appetunt, ignominiam fugiunt, dicere memorantur: Scientiam viarum tuarum nolumus. Scire quippe nolunt quod facere contemnunt. Quorum adhuc verba subduntur, cum dicitur:

Caput XLVI

[Rec. XXVI].

VERS. 15.---Quis est Omnipotens, ut serviamus ei?

52. Carnales, aut Deum non esse suspicantur, aut ei servire contemnunt.--- Mens enim hominis male exterius fusa, sic in rebus corporeis sparsa est, ut neque ad semetipsam intus redeat, neque eum qui est invisibilis cogitare sufficiat. Unde carnales viri jussa spiritalia contemnentes, Deum quia corporaliter non vident, quandoque ad hoc perveniunt, ut etiam non esse suspicentur. Unde scriptum est: Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus (Psal. XIII, 1). Unde nunc quoque dicitur: Quis est Omnipotens, ut serviamus ei?

51. Una cosa es no saber los caminos de Dios, otra no querer saberlos.--- Por eso mismo por lo que desprecian aprehender su ciencia. Pues hay algunos que, por aquello que dice la Verdad: "El siervo que no conoció la voluntad de su señor, e hizo cosas dignas de azotes, será azotado con pocos; y el siervo que conoció la voluntad de su señor, y no hizo conforme a ella, será azotado con muchos" (Luc. 12, 47, 48); no quieren saber qué deben hacer, y piensan que han de ser menos azotados si no saben lo que debieron obrar. Pero una cosa es no haber sabido, otra haber no querido saber. Pues no sabe el que quiere aprehender y no puede. Pero el que para no saber aparta el oído de la voz de la verdad, este no es juzgado como ignorante, sino como despreciador. [Vet. XX.] Pero el camino de Dios es la paz, el camino de Dios es la humildad, el camino de Dios es la paciencia. Pero porque los inicuos desprecian todas estas cosas, dicen: "No queremos la ciencia de tus caminos". Pues mientras se ensoberbecen en la vida presente, mientras se hinchan con honores, mientras los apetecen aunque no los tengan, desprecian los caminos de Dios en su pensamiento. Pues porque el camino de Dios en esta vida fue la humildad, el mismo Dios y Señor nuestro redentor vino a los oprobios, a las contumelias, a la pasión, y toleró con ecuanimidad las adversidades de este mundo, y evitó con fortaleza las prosperidades, para enseñar que se deben apetecer las prosperidades de la vida eterna, y no temer las adversidades de la vida presente. Pero porque los inicuos apetecen la gloria de la vida presente y huyen de la ignominia, se recuerda que dicen: "No queremos la ciencia de tus caminos". Pues no quieren saber lo que desprecian hacer. Cuyas palabras todavía se añaden, cuando se dice:

Capítulo XLVI

[Rec. XXVI].

VERS. 15.---¿Quién es el Omnipotente, para que le sirvamos?

52. Los carnales, o sospechan que Dios no existe, o desprecian servirle.--- Pues la mente del hombre, mal derramada exteriormente, está tan dispersa en las cosas corpóreas, que ni vuelve a sí misma en su interior, ni es suficiente para pensar en aquel que es invisible. De donde los varones carnales, despreciando los mandatos espirituales, porque no ven a Dios corporalmente, llegan a veces a esto, a sospechar incluso que no existe. De donde está escrito: "Dijo el necio en su corazón: No hay Dios" (Sal. 13, 1). De donde ahora también se dice: "¿Quién es el Omnipotente, para que le sirvamos?".

Plerumque enim plus appetunt homines servire hominibus, quos corporaliter vident, quam servire Deo, quem non vident. Per omne enim quod faciunt, ad finem oculorum tendunt; et quia in Deum oculos corporis tendere non possunt, ei obsequia praebere vel despiciunt, vel si coeperint, fatigantur. Esse enim, sicut dictum est, non credunt, quem corporaliter non intuentur. Qui si auctorem omnium Deum humiliter quaererent, id quod non videtur, ei rei quae videtur, esse melius, in semetipsis invenirent. Ipsi quippe ex anima invisibili et corpore visibili subsistunt; sed si hoc ab eis quod non videtur, abstrahitur, illico corruit quod videtur. Et patent quidem carnis oculi; sed videre quidquam vel sentire non possunt. Sensus enim visionis periit, quia habitator recessit; et domus carnis remanet vacua, quia abscessit ille invisibilis spiritus, qui per ejus respicere fenestras solebat. Quia ergo rebus visibilibus invisibilia praestantiora sunt, carnales quique ex semetipsis pensare debuerunt, atque per hanc, ut ita dixerim, scalam considerationis tendere in Deum: quia eo est, quo invisibilis permanet, et eo summus permanet quo comprehendi nequaquam potest. Sunt vero nonnulli qui Deum et esse et incomprehensibilem esse non ambigunt; qui tamen ab eo non ipsum, sed dona exteriora quaerunt. Quae cum ei servientibus deesse conspiciunt, ipsi servire contemnunt. De quorum adhuc verbis adjungitur:

Caput XLVII

[Rec. XXVII].

IBID.---Et quid nobis prodest, si oraverimus illum?

53. Ordo rerum in oratione postulandarum.--- Cum Deus in oratione non quaeritur, citius in oratione animus lassatur: quia cum illa quisque postulat, quae fortasse juxta occultum judicium Deus tribuere recusat, ipse quoque venit in fastidium, qui non vult dare quod amatur. Sed se magis Dominus quam ea quae condidit, vult amari, aeterna potius quam terrena postulari, sicut scriptum est: Quaerite primum regnum Dei et justitiam ejus, et haec omnia adjicientur vobis (Matth. VI, 33). Qui enim non ait, dabuntur, sed adjicientur: profecto indicat aliud esse quod principaliter datur, aliud quod superadditur. Quia enim nobis in intentione aeternitas, in usu vero temporalitas esse debet, et illud datur, et hoc nimirum ex abundanti superadditur. Et tamen saepe homines, cum bona temporalia postulant, aeterna vero praemia non requirunt, petunt quod adjicitur, et illud non desiderant ubi adjiciatur. Nec lucrum suae esse petitionis deputant, si hic sint temporaliter pauperes, et illic beatitudine divites in aeternum vivant; sed solis, ut dictum est, visibilibus intenti, labore postulationis renuunt invisibilia mercari.

Pues la mayoría de las veces los hombres desean más servir a los hombres, a quienes ven corporalmente, que servir a Dios, a quien no ven. Pues por todo lo que hacen, tienden al fin de sus ojos; y porque no pueden tender los ojos del cuerpo hacia Dios, o desprecian prestarle obsequios, o si han comenzado, se fatigan. Pues no creen que exista, como se ha dicho, aquel a quien no contemplan corporalmente. Quienes, si buscaran humildemente a Dios autor de todo, encontrarían en sí mismos que aquello que no se ve es mejor que aquella cosa que se ve. Pues ellos mismos subsisten de un alma invisible y de un cuerpo visible; pero si se les sustrae esto que no se ve, al punto se derrumba lo que se ve. Y ciertamente los ojos de la carne están abiertos; pero no pueden ver ni sentir nada. Pues el sentido de la visión pereció, porque el habitante se retiró; y la casa de la carne permanece vacía, porque se ausentó aquel espíritu invisible que solía mirar por sus ventanas. Como, pues, las cosas invisibles son más excelentes que las visibles, todos los carnales debieron ponderarlo por sí mismos, y tender hacia Dios a través de esta, por así decirlo, escala de consideración: porque es en cuanto que permanece invisible, y permanece sumo en cuanto que de ningún modo puede ser comprendido. Pero hay algunos que no dudan que Dios existe y es incomprensible; quienes, sin embargo, no buscan de él a él mismo, sino dones exteriores. Los cuales, cuando ven que faltan a quienes le sirven, ellos mismos desprecian servirle. De cuyas palabras todavía se añade:

Capítulo XLVII

[Rec. XXVII].

IBÍDEM.---¿Y de qué nos sirve si le oramos?

53. El orden de las cosas que se han de pedir en la oración.--- Cuando no se busca a Dios en la oración, más pronto se fatiga el ánimo en la oración: porque cuando cada uno pide aquellas cosas que tal vez, según un juicio oculto, Dios se niega a conceder, él también cae en fastidio, por no querer dar lo que se ama. Pero el Señor quiere ser amado más él mismo que las cosas que creó, y que se pidan las cosas eternas más que las terrenas, como está escrito: "Buscad primero el reino de Dios y su justicia, y todas estas cosas se os añadirán" (Mt. 6, 33). Pues quien no dijo "se os darán", sino "se os añadirán", ciertamente indica que una cosa es lo que se da principalmente, y otra lo que se superañade. Pues porque para nosotros la eternidad debe estar en la intención, pero la temporalidad en el uso, se da aquello, y esto ciertamente se superañade por abundancia. Y sin embargo, a menudo los hombres, cuando piden bienes temporales, pero no buscan los premios eternos, piden lo que se añade, y no desean aquello donde se ha de añadir. Ni computan como lucro de su petición el que aquí sean temporalmente pobres, y allí vivan eternamente ricos en la bienaventuranza; sino que, atentos sólo, como se ha dicho, a lo visible, rehúsan con el trabajo de la petición comprar lo invisible.

Qui si superna quaererent, jam cum fructu laborem exhiberent: quia cum mens in precibus ad auctoris sui speciem anhelat, divinis desideriis inflammata, supernis conjungitur, ab inferioribus separatur, amore fervoris sui se aperit ut capiat, et capiens inflammat; et superiora amare jam sursum ire est; dumque magno desiderio ad coelestia inhiat, miro modo hoc ipsum quod accipere quaerit degustat. Sequitur:

Caput XLVIII

[Vet. XXI, Rec. XXVIII].

VERS. 16.---Verumtamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium eorum longe sit a me.

54. Justi bona sua possident, non ab eis possidentur; secus iniqui.--- Bona in manu habet, qui despiciendo temporalia sub dominio mentis premit. Nam quisquis ea nimie diligit, se magis illis quam sibi ipsa supponit. Multi etenim justorum in hoc mundo divites fuerunt, rebus et honoribus fulti habere multa videbantur, quorum mentem quia eorum quae aderant delectatio nimia non possidebat, bona illorum in manu erant: quia potestati animi subjecta tenebantur. At contra iniqui ita se totis desideriis in exteriorum rerum appetitionibus fundunt, ut non magis ipsi habita teneant, sed ab his quae habent, captiva mente teneantur. Quia igitur non sunt in manu eorum bona sua, recte subjungitur: Consilium eorum longe sit a me. Quid namque est iniquorum consilium nisi terrenam gloriam quaerere, aeternam negligere, salutem temporalem cum damno interiori appetere, et dolores transitorios ad aeternos gemitus commutare? Vir igitur sanctus has iniquorum cogitationes intuens aspernetur, et dicat: Consilium eorum longe sit a me. Quia nimirum esse bonum incomparabiliter videt, ad breve tempus eligit hic sub flagello gemere quam aeternae ultionis supplicia tolerare. Sed neque in hac vita hi qui in ea prosperari appetunt, continue prosperantur. Nam plerumque eorum gaudia, suborti gemitus interrumpunt. Unde subditur:

Caput XLIX

[Rec. XXIX].

VERS. 17.--- Quoties lucerna eorum exstinguetur, et superveniet eis inundatio, et dolores dividet furoris sui.

Quienes, si buscaran lo celestial, ya con fruto exhibirían el trabajo: porque cuando la mente en las preces jadea tras la especie de su autor, inflamada por los deseos divinos, se une a lo superior, se separa de lo inferior, por el amor de su fervor se abre para captar, y captando se inflama; y amar lo superior es ya ir hacia arriba; y mientras con gran deseo anhela lo celestial, de modo admirable degusta esto mismo que busca recibir. Sigue:

Capítulo XLVIII

[Vet. XXI, Rec. XXVIII].

VERS. 16.---Sin embargo, porque no están en su mano sus bienes, el consejo de ellos esté lejos de mí.

54. Los justos poseen sus bienes, no son poseídos por ellos; al contrario los inicuos.--- Tiene los bienes en su mano quien, despreciando lo temporal, lo oprime bajo el dominio de su mente. Pues quienquiera que los ama excesivamente, se somete a ellos más que a sí mismo. Pues muchos de los justos fueron ricos en este mundo; apoyados en cosas y honores, parecían tener muchas cosas, cuya mente, porque no la poseía el deleite excesivo de las cosas que estaban presentes, sus bienes estaban en su mano: porque se mantenían sujetos a la potestad del alma. Pero, por el contrario, los inicuos de tal modo se derraman con todos sus deseos en las apetencias de las cosas exteriores, que no tanto ellos mantienen lo tenido, sino que son mantenidos con mente cautiva por las cosas que tienen. Porque, pues, no están en su mano sus bienes, rectamente se añade: "El consejo de ellos esté lejos de mí". Pues ¿qué es el consejo de los inicuos sino buscar la gloria terrena, descuidar la eterna, apetecer la salud temporal con daño interior, y conmutar los dolores transitorios por gemidos eternos? El varón santo, pues, intuyendo estos pensamientos de los inicuos, despréciels y diga: "El consejo de ellos esté lejos de mí". Porque ciertamente ve que es incomparablemente bueno, elige gemir aquí bajo el azote por breve tiempo que tolerar los suplicios de la venganza eterna. Pero ni en esta vida prosperan continuamente quienes en ella apetecen prosperar. Pues la mayoría de las veces los gemidos surgidos interrumpen sus goces. De donde se añade:

Capítulo XLIX

[Rec. XXIX].

VERS. 17.---¿Cuántas veces se apagará su lámpara, y les sobrevendrá un aluvión, y repartirá los dolores de su furor?

55. Quot et qualibus poenis afficiuntur mali.--- Saepe impius lucernam suam, filiorum vitam aestimat; sed cum filius qui nimie amatur, subtrahitur, lucerna impii, quae videbatur, exstincta est. Saepe impius praesentis honoris gloriam lucernam putat; sed dum, sublata dignitate, dejicitur, lucerna exstincta est, quae ei juxta desiderium lucebat. Saepe impius opes terrenae substantiae adesse sibi, quasi magnam luminis lucernam putat; sed cum, irruente damno, divitias, quas plus se amabat, perdiderit, quid iste aliud quam lucernam, in cujus lumine gaudebat, amisit? Qui ergo gaudere de aeternis non appetit, neque hic ubi solidari vult, potest continue laetari. Nam quoties lucerna impiorum exstinguitur, et supervenit eis mundatio, et dolores dividet furoris sui. Inundatio impiis supervenit, cum dolorum fluctus ex aliqua adversitate patiuntur. Omnipotens enim Deus cum se despici et in terrena videt concupiscentia laetari, hoc quoque doloribus percutit quod sibi videt in cogitatione impii praeferri. Bene autem dicitur: Et dolores dividet furoris sui. Qui enim aeternos dolores impio per retributionem servat, et aliquando ejus mentem etiam temporali dolore transverberat: quia hic quoque et illic percutit, furoris sui super impium dolores dividit. Neque enim poena praesens, quae injusti animam a pravis desideriis non immutat, ab aeternis suppliciis liberat. Unde et per Psalmistam dicitur: Pluet super peccatores laqueos, ignis, sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum (Psal. X, 7). Dicendo enim laqueos, ignis, sulphur et spiritus procellarum, multos nimirum dolores intulit. Sed quia ab eis doloribus peccator, qui non corrigitur, ad aeterna supplicia vocatur, eosdem dolores non jam totum calicem, sed partem calicis dixit: quia videlicet eorum passio hic quidem per dolores incipitur, sed in ultione perpetua consummatur. De quorum adhuc fine subjungitur:

Caput L

[Vet. XXII, Rec. XXX].

VERS. 18.---Erunt sicut paleae ante faciem venti, et sicut favilla quam turbo dispergit.

56. Tanquam paleae ab irae divinae flatu ad ignem asportantur.--- Iniquus cum in potestate conspicitur, cum valde in oppressionibus et violentiis effrenatur, ab infirmorum cogitationibus gravis nimium, et quasi in hoc mundo radicatus aestimatur. Sed cum districti judicis sententia venerit, omnes iniqui quasi paleae ante ventum erunt: quia, ut ita dicam, irae flatu subito levantur atque asportantur ad ignem, quos hic in suis quondam praejudiciis quasi duri ponderis superjacentem molem indigentium lacrymae movere non poterant.

55. Cuántas y de qué clase de penas son afectados los malos.--- A menudo el impío considera que su lámpara es la vida de sus hijos; pero cuando el hijo que es amado excesivamente es retirado, la lámpara del impío, que se veía, se apaga. A menudo el impío piensa que la gloria del honor presente es su lámpara; pero cuando, quitada la dignidad, es derribado, se apaga la lámpara que le lucía según su deseo. A menudo el impío piensa que las riquezas de la sustancia terrena le asisten como una gran lámpara de luz; pero cuando, al sobrevenir un daño, pierde las riquezas que amaba más que a sí mismo, ¿qué otra cosa perdió sino la lámpara en cuya luz gozaba? Quien, pues, no apetece gozar de lo eterno, tampoco aquí donde quiere consolidarse puede alegrarse continuamente. Pues cuántas veces se apaga la lámpara de los impíos, y les sobreviene una inundación, y reparte los dolores de su furor. El aluvión sobreviene a los impíos cuando padecen fluctuaciones de dolores por alguna adversidad. Pues el Dios omnipotente, cuando se ve despreciado y ve al hombre alegrarse en la concupiscencia terrena, hiere también con dolores aquello que ve anteponerse a sí mismo en el pensamiento del impío. Pero bien se dice: "Y repartirá los dolores de su furor". Pues quien reserva los dolores eternos para el impío por retribución, también a veces traspasa su mente con un dolor temporal: porque hiere tanto aquí como allá, reparte los dolores de su furor sobre el impío. Pues ni la pena presente, que no cambia el alma del injusto de sus depravados deseos, libra de los suplicios eternos. De donde también se dice por el Salmista: "Lloverá sobre los pecadores lazos; fuego, azufre y espíritu de tormentas es la parte del cáliz de ellos" (Sal. 10, 7). Al decir, pues, lazos, fuego, azufre y espíritu de tormentas, introdujo ciertamente muchos dolores. Pero porque de esos dolores el pecador que no se corrige es llamado a los suplicios eternos, a esos mismos dolores no los llamó ya todo el cáliz, sino parte del cáliz: porque a saber, su pasión ciertamente se inicia aquí por los dolores, pero se consuma en la venganza perpetua. Sobre cuyo fin todavía se añade:

Capítulo L

[Vet. XXII, Rec. XXX].

VERS. 18.---Serán como paja ante la faz del viento, y como ceniza que el torbellino dispersa.

56. Como paja son transportados al fuego por el soplo de la ira divina.--- El inicuo, cuando se le ve en el poder, cuando se desenfrena grandemente en opresiones y violencias, es estimado por los pensamientos de los débiles como excesivamente pesado, y como si estuviera radicado en este mundo. Pero cuando venga la sentencia del juez severo, todos los inicuos serán como paja ante el viento: porque, por así decirlo, por el soplo de la ira son súbitamente levantados y transportados al fuego, ellos a quienes aquí en sus antiguos prejuicios, como una mole sobrepuesta de duro peso, las lágrimas de los necesitados no podían mover.

Et ad rapientis judicii manus leves sunt, qui per injustitiam proximis graves fuerunt. Et sicut favilla, quam turbo dispergit. Ante omnipotentis Dei oculos iniqui vita favilla est: quia, etsi apparet ad momentum viridis, ab ejus tamen judicio jam consumpta cernitur; quia consumptioni est aeternae deputata. Hanc favillam turbo dispergit: quia Deus manifestus veniet; Deus noster, et non silebit. Ignis in conspectu ejus ardebit, et in circuitu ejus tempestas valida (Psal. XLIX, 3). Hujus enim tempestatis turbine ab aeterni conspectu judicis iniqui rapiuntur; et qui hic mentem desiderio perverso solidaverant, ibi paleae et favilla videbuntur: quia eos ad aeterna supplicia turbo rapiens asportat. Sequitur:

Caput LI

[Rec. XXXI].

VERS. 19.---Deus servabit filiis illius dolorem patris: et cum reddiderit, tunc sciet.

57. Qui Deus peccata parentum puniat in filiis.--- Scriptum novimus: Qui reddis peccata patrum in filios ac nepotes, in tertiam et quartam generationem (Exod. XXXIV, 7). Et rursum scriptum est: Quid est (De Poenit., dist. 4, c. 13) quod inter vos parabolam vertitis in proverbium istud in terra Israel, dicentes: Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupuerunt? Vivo ego, dicit Dominus Deus, si erit vobis ultra parabola haec in proverbium in Israel. Ecce omnes animae, meae sunt; ut anima patris, ita et anima filii, mea est. Anima quae peccaverit, ipsa morietur (Ezech. XVIII, 2; Jerem. XXXI, 29). In utraque igitur hac sententia dum dissimilis sensus invenitur, auditoris animus ut discretionis viam subtiliter requirat instruitur. Peccatum quippe originale a parentibus trahimus; et nisi per gratiam baptismatis solvamur, etiam parentum peccata portamus: quia unum adhuc videlicet cum illis sumus. Reddit ergo peccata parentum in filios, dum pro culpa parentis, ex originali peccato anima polluitur prolis. Et rursum non reddit parentum peccata 492 in filios: quia cum ab originali culpa per baptismum liberamur, jam non parentum culpas, sed quas ipsi committimus, habemus. Quod tamen intelligi etiam aliter potest: quia quisquis pravi parentis iniquitatem imitatur, etiam ex ejus delicto constringitur. Quisquis autem parentis iniquitatem non imitatur, nequaquam delicto illius gravatur. Unde fit, ut iniquus filius iniqui patris non solum sua quae addidit, sed etiam patris peccata persolvat; cum vitiis patris, quibus iratum Dominum non ignorat, etiam suam adhuc malitiam adjungere non formidat.

Y son leves para las manos del juicio que arrebata, quienes por la injusticia fueron pesados para sus prójimos. "And como ceniza que el torbellino dispersa". Ante los ojos del Dios omnipotente, la vida del inicuo es ceniza: porque, aunque aparece verde por un momento, sin embargo por su juicio ya se ve consumida; porque está destinada a la consumación eterna. El torbellino dispersa esta ceniza: porque "Dios vendrá manifiestamente; nuestro Dios, y no callará. El fuego arderá en su presencia, y a su alrededor una tempestad válida" (Sal. 49, 3). Por el torbellino de esta tempestad son arrebatados los inicuos de la vista del juez eterno; y quienes aquí habían consolidado su mente con un deseo perverso, allí serán vistos como paja y ceniza: porque el torbellino que los arrebata los transporta a los suplicios eternos. Sigue:

Capítulo LI

[Rec. XXXI].

VERS. 19.---Dios reservará a sus hijos el dolor del padre: y cuando lo devuelva, entonces sabrá.

57. Cómo Dios castiga los pecados de los padres en los hijos.--- Sabemos que está escrito: "Que devuelves los pecados de los padres en los hijos y en los nietos, hasta la tercera y cuarta generación" (Éx. 34, 7). ¿Qué es (De Poenit., dist. 4, c. 13) que entre vosotros volvéis esta parábola en proverbio en la tierra de Israel, diciendo: Los padres comieron la uva acerba, y los dientes de los hijos sufrieron la dentera? Vivo yo, dice el Señor Dios, que no tendréis más esta parábola por proverbio en Israel. He aquí que todas las almas son mías; como el alma del padre, así el alma del hijo es mía. El alma que pecare, esa misma morirá" (Ez. 18, 2; Jer. 31, 29). En ambas sentencias, pues, mientras se encuentra un sentido disímil, se instruye el ánimo del auditor para que busque sutilmente el camino de la discreción. Pues el pecado original lo traemos de los padres; y si no somos liberados por la gracia del bautismo, también portamos los pecados de los padres: porque todavía somos, a saber, uno con ellos. Devuelve, pues, los pecados de los padres en los hijos, mientras que por la culpa del padre, el alma de la prole se contamina del pecado original. And de nuevo no devuelve los pecados de los padres en los hijos: porque cuando somos liberados de la culpa original por el bautismo, ya no tenemos las culpas de los padres, sino las que nosotros mismos cometemos. Lo cual, sin embargo, puede entenderse también de otro modo: porque quienquiera que imita la iniquidad de un padre malvado, también es ligado por el delito de aquel. Pero quienquiera que no imita la iniquidad del padre, de ningún modo es gravado por el delito de aquel. De donde resulta que el hijo inicuo del padre inicuo no sólo pague los suyos que añadió, sino también los pecados del padre; cuando con los vicios del padre, por los cuales no ignora que el Señor se airó, no teme todavía añadir su propia malicia.

Et justum est, ut qui sub districto judice vias parentis iniqui non timet imitari, cogatur in vita praesenti etiam culpas parentis iniqui persolvere. Unde et illic dictum est: Anima patris mea est, et anima filii mea est. Anima quae peccaverit, ipsa morietur: quia in carne nonnunquam filii etiam ex patris peccato perimuntur. Deleto autem originali peccato, ex parentum nequitia in anima non tenentur. Quid enim est quod parvuli filii plerunque a daemonibus arripiuntur, nisi quod caro filii ex patris poena multatur? In semetipso enim percutitur pater iniquus, et percussionis vim sentire contemnit. Plerumque percutitur in filiis, ut acrius uratur; et dolor patris carni filiorum redditur, quatenus per filiorum poenas mens patris iniqua puniatur. Cum vero non parvuli, sed jam provectiores filii ex parentum culpa feriuntur, quid aliud aperte datur intelligi, nisi quod illorum etiam poenas luunt, quorum facta secuti sunt? Unde et recte dicitur: Usque ad tertiam et quartam progeniem. Quia enim usque ad tertiam et quartam progeniem, eam quam imitantur filii parentum vitam possunt videre, usque ad eos ultio extenditur, qui viderunt quod male sequerentur.

[Vet. XXIII.] 58. Impiorum oculos culpa claudit, aperit poena.--- Et quia impiorum oculos culpa claudit, sed in extremum poena aperit, recte subjungitur: Et cum reddiderit, tunc sciet. Nescit enim impius mala quae fecit, nisi cum pro eisdem malis puniri jam coeperit. Unde et per prophetam dicitur: Et tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui (Isai. XXVIII, 19). Tunc namque intelligit quod audivit, cum se jam pro contemptu vexari doluerit. Hinc per Balaam de semetipso dicitur: Dixit homo, cujus obturatus est oculus: dixit auditor sermonum Dei, qui visionem Omnipotentis intuitus est, qui cadet: et sic aperientur oculi ejus (Num. XXIV, 3, 4). Consilium quippe contra Israelitas praebuit, sed post in poena vidit quid prius ex culpa commiserit. Electi autem quia ne peccare debeant praevident: eorum videlicet oculi ante casum patent. Iniquus vero post casum oculos aperit: quoniam post culpam jam in poena sua conspicit, quia malum debuit vitare, quod fecit. De cujus inutili jam tunc scientia subinfertur:

CAPUT LII.

VERS. 20.---Videbunt oculi ejus interfectionem suam, et de furore Omnipotentis bibet.

Y es justo que quien bajo un juez severo no teme imitar los caminos del padre inicuo, sea compelido en la vida presente a pagar incluso las culpas del padre inicuo. De donde también allí se dijo: "El alma del padre es mía, y el alma del hijo es mía. El alma que pecare, esa misma morirá": porque en la carne a veces los hijos incluso perecen por el pecado del padre. Pero borrado el pecado original, no son retenidos en el alma por la nequicia de los padres. ¿Qué es que los hijos pequeños la mayoría de las veces sean arrebatados por los demonios, sino que la carne del hijo es multada por la pena del padre? Pues en sí mismo es herido el padre inicuo, y desprecia sentir la fuerza de la percusión. A menudo es herido en los hijos, para que se queme más acremente; y el dolor del padre se devuelve a la carne de los hijos, a fin de que por las penas de los hijos sea castigada la mente inicua del padre. Pero cuando no los pequeños, sino ya los hijos más crecidos son heridos por la culpa de los padres, ¿qué otra cosa se da claramente a entender, sino que también pagan las penas de aquellos cuyos hechos siguieron? De donde también rectamente se dice: "Hasta la tercera y cuarta progenie". Pues porque hasta la tercera y cuarta progenie pueden ver los hijos la vida de los padres que imitan, hasta ellos se extiende la venganza, que vieron lo que malamente habrían de seguir.

[Vet. XXIII.] 58. La culpa cierra los ojos de los impíos, la pena los abre.--- Y porque la culpa cierra los ojos de los impíos, pero en el extremo la pena los abre, rectamente se añade: "Y cuando lo devuelva, entonces sabrá". Pues no sabe el impío los males que hizo, sino cuando por esos mismos males ya haya comenzado a ser castigado. De donde también se dice por el profeta: "Y solamente la sola vejación dará el entendimiento al oído" (Is. 28, 19). Pues entonces entiende lo que oyó, cuando ya le dolió ser vejado por su desprecio. De aquí se dice por Balaam sobre sí mismo: "Dijo el hombre cuyo ojo está obstruido: dijo el auditor de los sermones de Dios, que contempló la visión del Omnipotente, que caerá: y así se abrirán sus ojos" (Núm. 24, 3, 4). Ciertamente ofreció consejo contra los israelitas, pero después en la pena vio lo que antes cometió por la culpa. Pero los electos, porque prevén para no deber pecar: sus ojos ciertamente están abiertos antes de la caída. Pero el inicuo abre los ojos después de la caída: puesto que después de la culpa ya en su pena contempla que debió evitar el mal que hizo. De cuya inútil ciencia ya entonces se añade:

CAPÍTULO LII.

VERS. 20.---Sus ojos verán su propia muerte, y beberá del furor del Omnipotente.

59. Post casum inutiliter aperiuntur oculi.--- Qui si in hac vita positus, culpam suam vedere voluisset, de Omnipotentis postmodum furore non biberet. Sed qui hic avertit oculos a respectu criminis, illic declinare non valet sententiam damnationis. Saepe vero hi qui supplicia aeterna non metuunt, prava agere pro temporali saltem 493 percussione pertimescunt. Sed sunt nonnulli qui ita in iniquitate duruerunt, ut nec in ipsis metuant feriri quae amant, dummodo quae perverse cogitaverint expleant. Unde hoc in loco de iniqui obduratione subjungitur:

CAPUT LIII.

VERS. 21.---Quid enim ad eum pertinet de domo tua post se? aut si numerus mensium ejus dimidietur?

60. Stupenda quorumdam malorum, etiam dum feriuntur, obduratio et caecitas.--- Neque enim sic debemus accipere, ut iniquus iste postea quam damnatus aeternis suppliciis fuerit de domo sua, id est de cognatis quos reliquerit, minime cogitavit, cum per semetipsam Veritas dicat quia dives qui in inferno sepultus fuerat, de quinque fratribus quos reliquerat etiam in supplicio positus curam gerebat (Luc. XVI, 28). Omnis namque peccator prudens erit in poena qui stultus fuit in culpa (Dist. 38, c. 10), quia ibi jam dolore constrictus ad rationem oculos aperit, quos hic voluptati deditus clausit; et poena torquente exigitur ut sapiat, qui hic excaecante se superbia desipiebat. Cui tamen sua sapientia jam tunc minime proderit, quia hic ubi operari juxta sapientiam debuit, tempus amisit. Pro summo hic namque bono concupiscit germen generis habere, domum familia et opibus replere, et diu in hac carnis corruptione vivere. Sed si fortasse aliquid ad ejus desiderium veniat, quod tamen obtinere non possit nisi cum offensione conditoris ejus animus ad paululum perturbatus cogitat, quia si hoc egerit hic, unde offensam sui conditoris incurrat, in domo, in filiis, in vita percutitur. Sed superbia sua protinus instigatus obdurescit; et quamlibet in domo, quamlibet in vita percussionem sentiat, nequaquam curat, dummodo quae cogitaverit expleat; et quousque vivit, voluptates suas perficere non desistit. Ecce enim domus ejus pro culpa percutitur; sed quid ad eum pertinet de domo sua post se? Ecce pro ultione pravi operis ea quae esse potuit vitae longitudo breviatur; sed quid ad eum pertinet, si numerus dierum ejus dimidietur? Et in hoc ergo se peccator contra Deum erigit, ubi Deus omnipotens ejus erectionem frangit; et nec illata percussio mentem humiliat, quam in deliberatione contra Dominum obstinatio obdurat. Et notandum quam gravis culpae reatus sit, et poenam pro culpa menti proponere, et tamen nec tormenti metu sub jugo conditoris cervicem cordis inclinare.

59. Inútilmente se abren los ojos después de la caída.--- Quien, si puesto en esta vida hubiera querido ver su propia culpa, no bebería después del furor del Omnipotente. Pero quien aquí aparta los ojos del respeto de su crimen, allí no podrá declinar la sentencia de condenación. A menudo, ciertamente, quienes no temen los suplicios eternos, temen obrar mal al menos por la percusión temporal. Pero hay algunos que de tal modo se han endurecido en la iniquidad, que ni siquiera temen ser heridos en aquellas cosas que aman, con tal de que cumplan lo que perversamente pensaron. De donde en este lugar, sobre la obduración del inicuo, se añade:

CAPÍTULO LIII.

VERS. 21.---¿Pues qué le importa a él de su casa después de él? ¿o si el número de sus meses fuera disminuido a la mitad?

60. Estupenda obduración y ceguera de algunos malos, aun mientras son heridos.--- Porque no debemos entenderlo de tal manera que este inicuo, después de haber sido condenado a los suplicios eternos, no pensara en absoluto en su casa, esto es, en los parientes que dejó, cuando la Verdad misma dice que el rico que había sido sepultado en el infierno, aun puesto en el suplicio, tenía cuidado de los cinco hermanos que había dejado (Luc. XVI, 28). Pues todo pecador será prudente en la pena el que fue estulto en la culpa (Dist. 38, c. 10), porque allí ya constreñido por el dolor abre a la razón los ojos que aquí cerró entregado a la voluptuosidad; y por la pena atormentadora se exige que sea sabio quien aquí, cegándose por la soberbia, desvariaba. A quien, sin embargo, su sabiduría ya entonces de nada le servirá, porque aquí, donde debió obrar según la sabiduría, perdió el tiempo. Pues aquí desea como sumo bien tener descendencia de su estirpe, llenar la casa con familia y riquezas, y vivir largo tiempo en esta corrupción de la carne. Pero si tal vez le viene algo conforme a su deseo, que sin embargo no puede obtener sino con ofensa del Creador, su ánimo, perturbado por un momento, piensa que si hace esto aquí, por lo cual incurre en la ofensa de su Creador, será herido en su casa, en sus hijos, en su vida. Pero instigado inmediatamente por su soberbia, se endurece; y por más que sienta la percusión en su casa, por más que la sienta en su vida, en nada se cuida, con tal de que cumpla lo que pensó; y mientras vive, no desiste de perfeccionar sus placeres. He aquí que su casa es herida por su culpa; pero ¿qué le importa a él de su casa después de él? He aquí que, por la venganza de la mala obra, se abrevia la longitud de la vida que pudo ser; pero ¿qué le importa a él, si el número de sus días fuera disminuido a la mitad? Y en esto, pues, se yergue el pecador contra Dios, allí donde Dios omnipotente quebranta su erección; y ni la percusión infligida humilla la mente, a la cual la obstinación endurece en la deliberación contra el Señor. Es de notar cuán grave es el reato de la culpa, y proponer a la mente la pena por la culpa, y sin embargo, ni por el miedo al tormento inclinar la cerviz del corazón bajo el yugo del Creador.

[Vet. XXIV, Rec. XXXII.] Sed ecce cum haec audimus, cordi nostro quaestio oritur, cur omnipotens et misericors Deus in tantam caecitatem cadere rationem mentis humanae permiserit? Ne vero quisquam ultra quam debet occulta Dei judicia discutere praesumat, recte subjungitur:

CAPUT LIV.

VERS. 22.---Nunquid Deum quispiam docebit scientiam, qui excelsos judicat?

61. Occulta Dei judicia curiosius non scrutanda.--- Cum in his quae de nobis aguntur ambigimus, debemus alia quae nobis sunt certa conspicere, et eam quae de nostra nobis incertitudine surrexerat cogitationis querelam placare. Ecce enim quod electos ad vitam flagella revocant, et a malis actibus reprobos nec flagella compescunt, omnipotentis Dei judicia super nos valde occulta sunt, et injusta non sunt. Sed si tendamus oculum mentis ad superiora, in illis aspicimus quia de nobis quid juste conqueri non habemus. Omnis namque peccator prudens erit in poena qui stultus fuit in culpa (Dist. 38, c. 10), quia ibi jam dolore constrictus ad rationem oculos aperit, quos hic voluptati deditus clausit; et poena torquente exigitur ut sapiat, qui hic excaecante se superbia desipiebat. Nobiscum igitur injuste nil agit, qui et subtiliorem nobis naturam juste judicavit. Dicat ergo: Nunquid Deum quispiam docebit scientiam, qui excelsos judicat? Qui enim super nos mira facit, constat procul dubio quia de nobis scienter omnia disponit. His itaque praemissis, adjungitur ubi humanus animus in requisitione fatigatur. Nam subditur:

CAPUT LV.

VERS. 23-25.---Iste moritur robustus et sanus, dives et felix, viscera ejus plena sunt adipe, et medullis ossa illius irrigantur; alius vero moritur in amaritudine animae suae absque ullis opibus.

62. Electorum et reproborum vita dispar, at mors carnis eadem. Iniqui laetitia transit ad poenam, innocentis poena ad laetitiam.--- Ista cum ita sint, quis omnipotentis Dei secreta discutiat cur haec ita esse permittat? Sed electis et reprobis vita quidem dispar est, carnis autem in morte corruptio dispar non est. Unde subjungitur:

VERS. 26.---Et tamen simul in pulvere dormient, et vermes operient eos.

[Vet. XXIV, Rec. XXXII.] Pero he aquí que al oír esto, surge en nuestro corazón una cuestión: ¿por qué Dios omnipotente y misericordioso permitió que la razón de la mente humana cayera en tanta ceguera? Para que nadie presuma discutir más de lo que debe los ocultos juicios de Dios, rectamente se añade:

CAPÍTULO LIV.

VERS. 22.---¿Acaso alguien enseñará a Dios la ciencia, él que juzga a los excelsos?

61. Los ocultos juicios de Dios no deben escrutarse con curiosidad.--- Cuando dudamos en aquellas cosas que se hacen de nosotros, debemos mirar otras cosas que nos son ciertas, y aplacar aquella queja de pensamiento que había surgido de nuestra incertidumbre sobre nosotros. He aquí que porque los azotes revocan a los elegidos a la vida, y los azotes no reprimen a los réprobos de sus malas acciones, los juicios de Dios omnipotente sobre nosotros son muy ocultos, y no son injustos. Pero si dirigimos el ojo de la mente a las cosas superiores, en ellas vemos que no tenemos de qué quejarnos justamente sobre nosotros. Pues Dios omnipotente, discerniendo los méritos de los ángeles, constituyó a unos para permanecer sin caída en la luz eterna, y a otros, caídos espontáneamente de su estado de alteza, los postró en la venganza de la condenación eterna. Por tanto, nada injusto hace con nosotros el que también juzgó justamente una naturaleza más sutil que la nuestra. Diga, pues: ¿Acaso alguien enseñará a Dios la ciencia, él que juzga a los excelsos? Porque quien hace maravillas sobre nosotros, consta sin duda que dispone todas las cosas con conocimiento sobre nosotros. Premitidas, pues, estas cosas, se añade aquello en lo que el ánimo humano se fatiga en la indagación. Pues se añade:

CAPÍTULO LV.

VERS. 23-25.---Este muere robusto y sano, rico y feliz, sus entrañas están llenas de grasa, y con médulas sus huesos se riegan; otro en cambio muere en la amargura de su alma sin ninguna riqueza.

62. Vida dispar de los elegidos y los réprobos, pero la muerte de la carne es la misma. La alegría del inicuo pasa a la pena, la pena del inocente a la alegría.--- Siendo esto así, ¿quién discutirá los secretos de Dios omnipotente sobre por qué permite que esto sea así? Pues para los elegidos y los réprobos la vida ciertamente es dispar, pero la corrupción de la carne en la muerte no es dispar. De donde se añade:

VERS. 26.---Y sin embargo simultáneamente dormirán en el polvo, y los gusanos los cubrirán.

Quid ergo mirum, si prosperitate vel adversitate praesentis saeculi dissimiliter ad momentum currunt, qui per corruptionem carnis ad terram similiter redeunt? [Vet. XXV.] Illa est ergo solummodo vita cogitanda, in qua cum resurrectione carnis ad finem dissimilem pertingitur retributionis. Quae est enim iniquis salus aut robur, qui adeps et divitiae, dum totum hic cum celeritate relinquitur, et illic retributio, quae nunquam relinqui possit, invenitur? Sicut autem hujus iniqui laetitia transit ad poenam, ita afflicti innocentis poena transit ad laetitiam. Nec divitiae ergo debent mentem extollere, nec inopia perturbare. Unde beatus Job inter damna rerum nulla admittit ad animum damna cogitationum, sed ad eos qui se in percussione despiciunt redarguendo subjungit, dicens:

Caput LVI

[Rec. XXXIII].

VERS. 27, 28.---Certe novi cogitationes vestras, et sententias contra me iniquas. Dicitis enim: Ubi est domus principis, et ubi tabernacula impiorum?

63. Job infractus, quia amissis caeteris Deum non amiserat.--- Impium enim crediderant quem, ablatis rebus, temporaliter destructum videbant. Sed sanctus vir tanto eos alta consideratione dijudicat, quanto inter damna quae pertulerat infracta rectitudine stabat. Quid enim ei foris rerum damna nocuerant, qui illum non amiserat quem interius amabat?

Allegoricus sensus.---64. Ex copia superbia nascitur.--- Hoc vero quod dicitur: Simul in pulvere dormient, et vermes operient eos, si quis forsitan accipere per allegoriam velit, explere breviter possumus, si de iniquo hoc divite ea quae sunt jam dicta replicemus. Dicitur namque: Viscera ejus plena sunt adipe. Sicut enim ex abundanti cibo adeps, ita ex abundantia rerum superbia nascitur, quae impinguat mentem divitis, dum elevatur animus superbientis. Superbia quippe cordis quasi quaedam pinguedo est crassitudinis. Unde quia plerique ex abundantia peccata perpetrant, per Prophetam dicitur: Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum (Psal. LXXII, 7). Sequitur: Et medullis ossa illius irrigantur. Amatores hujus saeculi quasi ossa habent, quando in hoc mundo fortitudinem dignitatum possident.

¿Qué tiene de extraño, pues, si corren de modo diferente por un momento en la prosperidad o la adversidad del presente siglo, los que vuelven a la tierra de igual modo por la corrupción de la carne? [Vet. XXV.] Por tanto, sólo se debe pensar en aquella vida en la que, con la resurrección de la carne, se llega a un fin de retribución diferente. ¿Qué salud o fuerza es para los inicuos, qué grasa y riquezas, mientras todo se deja aquí con celeridad, y allí se encuentra la retribución que nunca puede dejarse? Así como la alegría de este inicuo pasa a la pena, así la pena del inocente afligido pasa a la alegría. Ni las riquezas, pues, deben elevar la mente, ni la penuria perturbarla. De donde el bienaventurado Job, entre los daños de las cosas, no admite en su ánimo daño alguno de pensamientos, sino que a aquellos que lo desprecian en su percusión, les añade rebatiéndolos:

Capítulo LVI

[Rec. XXXIII].

VERS. 27, 28.---Ciertamente conozco vuestros pensamientos, y las sentencias inicuas contra mí. Pues decís: ¿Dónde está la casa del príncipe, y dónde los tabernáculos de los impíos?

63. Job infracto, porque aun perdidas las demás cosas no había perdido a Dios.--- Pues lo habían creído impío a quien, arrebatadas sus cosas, veían destruido temporalmente. Pero el santo varón los juzga con tan alta consideración cuanto, entre los daños que había padecido, permanecía con su rectitud inquebrantable. ¿Qué daño le habían hecho exteriormente los daños de las cosas, a quien no había perdido a aquel que amaba interiormente?

Sentido alegórico.---64. De la abundancia nace la soberbia.--- Esto que se dice: Simultáneamente dormirán en el polvo, y los gusanos los cubrirán, si alguien tal vez quiere entenderlo por alegoría, podemos explicarlo brevemente si repetimos sobre este rico inicuo lo que ya se ha dicho. Pues se dice: Sus entrañas están llenas de grasa. Como por el alimento abundante nace la grasa, así de la abundancia de las cosas nace la soberbia, que engorda la mente del rico mientras se eleva el ánimo del que se ensoberbece. Pues la soberbia del corazón es como una cierta gordura de crasitud. De donde, porque muchos perpetran pecados por la abundancia, se dice por el Profeta: Salió su iniquidad como de la gordura (Sal. LXXII, 7). Sigue: Y con médulas sus huesos se riegan. Los amantes de este siglo tienen como huesos cuando poseen en este mundo la fortaleza de las dignidades.

Sed si in exteriori dignitate desint terrenae et domesticae divitiae, quantum ad judicium suum ossa quidem habent, sed medullas in ossibus non habent. Quia ergo sic iste amator hujus saeculi exteriori potestate fulcitur, ut etiam interiori terrenae domus abundantia saginetur, dicitur: Et medullis ossa illius irrigantur. Vel certe ossa sunt hujus divitis pravae et durae consuetudines, medullae vero in ossibus sunt ipsa desideria male vivendi, quae neque ex pravitatis satisfactione satiantur. Quae medullae quasi ossa irrigant, cum prava desideria perversas consuetudines suas in voluptatum delectatione conservant.

[Vet. XXVI, Rec. XXXIV.] 65. Unde dives inaniter gaudet, inde pauper inanius affligitur. Bona quae dives cum metu habet, pauper cum anxietate appetit.--- Et sunt nonnulli qui in hoc mundo divitias non habent, sed habere concupiscunt, elati esse appetunt; quamvis in hoc mundo quod cupiunt obtinere non possunt; et cum nullis rebus vel honoribus fulti sint, per mala tamen desideria in conspectu interni judicis reos conscientia addicit. Talis etenim quisque plerumque ideo affligitur, quia ditescere ac superbire non praevalet. De quo et subditur: Alius vero moritur in amaritudine animae suae absque ullis opibus. Ecce unde dives superbo corde inaniter gaudet, inde pauper alius superbo corde inanius affligitur. Bene autem de utrisque subjungitur: Et tamen simul in pulvere dormient, et vermes operient eos. In pulvere enim dormire est in terrenis desideriis oculos mentis claudere. Unde unicuique peccanti et in culpa sua dormienti dicitur: Surge qui dormis, et exsurge a mortuis, et illuminabit te Christus (Ephes. V, 14). Vermes vero qui de carne nascuntur eos simul operiunt, quia sive divitis, sive pauperis superbientis animum curae carnales premunt. In rebus etenim terrenis pauper et dives reprobus, quamvis non pari prosperitate fulciantur, pari tamen anxietate turbantur, quia quod ille jam cum metu habet, iste cum anxietate appetit; et quia habere non valet, dolet. Dicatur ergo: Simul in pulvere dormient, et vermes operient eos, quia etsi non simul rebus temporalibus sublevantur, simul tamen in cura rerum temporalium mentis torpore sopiuntur. Simulque eos vermes operiunt, quia vel istum ut concupita habeat, vel illum, ne habita amittat, carnales cogitationes premunt.

66. Job nec habitis rebus elatus, nec amissis anxius.--- Beatus autem Job, qui nec habitis rebus elatus fuerat, nec amissas cum anxietate requirebat, quia nullis exterioris damni cogitationibus mordebatur, eum vermes cordis non operuerant. Et quia in terrena cura mentem suam non dejecerat, nequaquam in pulvere dormiebat.

Pero si en la dignidad exterior faltan las riquezas terrenas y domésticas, en cuanto a su juicio ciertamente tienen huesos, pero no tienen médulas en los huesos. Porque, pues, de tal modo este amante de este siglo se apoya en la potestad exterior, que también se ceba con la abundancia interior de la casa terrena, se dice: Y con médulas sus huesos se riegan. O ciertamente los huesos son las depravadas y duras costumbres de este rico, y las médulas en los huesos son los mismos deseos de vivir mal, que ni con la satisfacción de la perversidad se sacian. Las cuales médulas riegan como los huesos, cuando los deseos depravados conservan sus costumbres perversas en el deleite de las voluptuosidades.

[Vet. XXVI, Rec. XXXIV.] 65. De donde el rico se alegra vanamente, de allí otro pobre se aflige más vanamente. Los bienes que el rico tiene con miedo, el pobre los desea con ansiedad.--- Y hay algunos que no tienen riquezas en este mundo, pero desean tenerlas, apetecen ser elevados; aunque en este mundo no pueden obtener lo que desean; y no estando apoyados en ninguna cosa ni honores, por los malos deseos, sin embargo, la conciencia los condena como reos ante el juez interno. Tal persona, en efecto, suele afligirse por esto: porque no puede enriquecerse ni ensoberbecerse. Sobre lo cual también se añade: Otro en cambio muere en la amargura de su alma sin ninguna riqueza. He aquí que de donde el rico con corazón soberbio se alegra vanamente, de allí otro pobre con corazón soberbio se aflige más vanamente. Bien, pues, se añade sobre ambos: Y sin embargo simultáneamente dormirán en el polvo, y los gusanos los cubrirán. Pues dormir en el polvo es cerrar los ojos de la mente en los deseos terrenales. De donde se dice a todo el que peca y duerme en su culpa: Despierta tú que duermes, y levántate de entre los muertos, y te iluminará Cristo (Ef. V, 14). Los gusanos, en cambio, que nacen de la carne, los cubren a ambos, porque ya sea del rico, ya sea del pobre soberbio, las preocupaciones carnales oprimen el ánimo. Pues en las cosas terrenales el pobre y el rico réprobo, aunque no se apoyen en igual prosperidad, se turban sin embargo con igual ansiedad, porque lo que aquel ya tiene con miedo, este lo desea con ansiedad; y porque no puede tenerlo, se duele. Dígase, pues: Simultáneamente dormirán en el polvo, y los gusanos los cubrirán, porque aunque no simultáneamente sean aliviados por las cosas temporales, simultáneamente sin embargo están adormecidos por el sopor de la mente en el cuidado de las cosas temporales. Y simultáneamente los cubren los gusanos, porque ya sea a este para que tenga lo deseado, ya sea a aquel para que no pierda lo tenido, los pensamientos carnales los oprimen.

66. Job no se elevó por las cosas poseídas, ni se angustió por las perdidas.--- Pero el bienaventurado Job, que ni se había elevado por las cosas poseídas, ni buscaba con ansiedad las perdidas, porque no era mordido por ningún pensamiento de daño exterior, no lo habían cubierto los gusanos del corazón. Y porque no había abatido su mente en el cuidado terrenal, de ningún modo dormía en el polvo.

Sequitur: Certe novi cogitationes vestras, et sententias contra me iniquas. Cum scriptum sit: Quis scit hominum quae sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est (I Cor. II, 11)? qua ratione nunc dicitur: Certe novi cogitationes vestras. Sed tunc spiritus hominis ignoratur ab altero cum verbis vel operibus non demonstratur. Nam cum scriptum sit: Ex fructibus eorum cognoscetis eos (Matth. VII, 20), per hoc quod foris agitur quidquid intus latet aperitur. Unde recte quoque per Salomonem dicitur: Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus (Prov. XXVII, 19). Proinde beatus Job, cum amicorum colloquentium cogitationes nosse se diceret, adjunxit: Et sententias contra me iniquas, ut ex patenti re ostenderet quia hoc quod in eis latebat 496 invenisset. Unde ipsas quoque eorum iniquas sententias adjungit, dicens: Dicitis enim: Ubi est domus principis, et ubi tabernacula impiorum?

[Rec. XXXV.] 67. Falsa eorum opinio qui culpas ex flagellis metiuntur.--- Infirmi quique, qui in hoc mundo florere appetunt, et sicut magna mala, sicut flagella pertimescunt, in eis quos flagellatos aspiciunt, culpas ex poena metiuntur. Quos enim percussos cernunt, Deo displicuisse suspicantur. Unde amici beati Job, quem percussum viderunt, impium fuisse crediderunt, videlicet aestimantes quia si impius non fuisset, ejus tabernacula permanerent. Sed ista non cogitat nisi qui adhuc infirmitatis taedio laborat, qui in praesentis saeculi delectatione gressum cogitationis figit, qui transire ad aeternam patriam perfectis desideriis nescit. Unde bene subjungitur:

Caput LVII

[Vet. XXVII].

VERS. 29, 30.---Interrogate quemlibet de viatoribus, et haec eadem illum intelligere cognoscetis. Quia in diem perditionis servatur malus, et ad diem furoris ducitur.

68. Consulendi sunt, qui vitam sibi viam esse, non patriam cogitant.--- Saepe etenim diu divina patientia tolerat quos jam ad supplicia praescita condemnat, permittit florere quos adhuc cernit deteriora perpetrare. Quia enim videt ad quam damnationis foveam tendant, hoc eis pro nihilo esse existimat, quod hic perversi relinquenda multiplicant. Sed quisquis praesentis vitae gloriam diligit, magnam esse felicitatem deputat hic secundum votum florere, quamvis cogatur postmodum supplicia aeterna tolerare.

Sigue: Ciertamente conozco vuestros pensamientos, y las sentencias inicuas contra mí. Puesto que está escrito: ¿Quién de los hombres sabe las cosas del hombre, sino el espíritu del hombre que está en él (I Cor. II, 11)? ¿por qué razón se dice ahora: Ciertamente conozco vuestros pensamientos? Pero el espíritu del hombre es ignorado por otro cuando no se demuestra con palabras o con obras. Pues como está escrito: Por sus frutos los conoceréis (Mat. VII, 20), por lo que se hace afuera se abre lo que dentro yace oculto. De donde rectamente se dice también por Salomón: Como en las aguas resplandecen los rostros de los que miran, así los corazones de los hombres son manifiestos para los prudentes (Prov. XXVII, 19). Por tanto, el bienaventurado Job, al decir que conocía los pensamientos de sus amigos que hablaban con él, añadió: Y las sentencias inicuas contra mí, para mostrar por una cosa patente que había encontrado lo que en ellos estaba oculto. De donde también añade las mismas sentencias inicuas de ellos, diciendo: Pues decís: ¿Dónde está la casa del príncipe, y dónde los tabernáculos de los impíos?

[Rec. XXXV.] 67. Falsa opinión de aquellos que miden las culpas por los azotes.--- Todos los débiles, que desean florecer en este mundo, y temen los azotes como grandes males, miden en aquellos que ven azotados las culpas por la pena. Pues a quienes ven heridos, sospechan que han desagradado a Dios. De donde los amigos del bienaventurado Job, a quien vieron herido, creyeron que había sido impío, estimando evidentemente que si no hubiera sido impío, sus tabernáculos permanecerían. Pero esto no lo piensa sino quien todavía trabaja con el tedio de la debilidad, quien fija el paso del pensamiento en el deleite del presente siglo, quien no sabe pasar a la patria eterna con deseos perfectos. De donde bien se añade:

Capítulo LVII

[Vet. XXVII].

VERS. 29, 30.---Interrogad a cualquiera de los viajeros, y conoceréis que él entiende estas mismas cosas. Porque el malo es reservado para el día de la perdición, y es llevado al día del furor.

68. Deben ser consultados los que piensan que la vida es para ellos camino, no patria.--- Pues a menudo la paciencia divina tolera largo tiempo a quienes ya condena a los suplicios prescritos, permite florecer a quienes ve que todavía perpetran cosas peores. Porque viendo hacia qué fosa de condenación tienden, estima que es nada lo que aquí los perversos multiplican de las cosas que han de dejar. Pero quienquiera que ama la gloria de la vida presente, reputa como gran felicidad florecer aquí según su deseo, aunque sea obligado después a tolerar suplicios eternos.

Solus ergo ille conspicit nil esse quod iniquus floret, qui jam gressum cordis ab amore praesentis saeculi amovit. Unde recte cum de subsequenti damnatione impii diceretur, praemittitur: Interrogate quemlibet de viatoribus, et haec eadem illum intelligere cognoscetis. Viator quippe dicitur qui praesentem vitam viam sibi esse et non patriam attendit, qui in dilectione praetereuntis saeculi cor figere despicit, qui non remanere in transeuntibus, sed ad aeterna pervenire concupiscit. Qui enim in hac vita viator esse non appetit, hujus vitae prospera minime contemnit, et ea quae ipse desiderat, cum abundare aliis viderit, miratur. Unde David propheta quoniam a dilectione praesentis saeculi jam corde transierat, iniqui gloriam describens, dicebat: Vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani (Psal. XXXVI, 35). Sed quia cor huic mundo non subdidit, hunc jure despexit, dicens: Transivi, et ecce non erat (Ibid., 36). Esset quippe aliquid in ejus aestimatione impius, si ipse ab hoc saeculo per intentionem minime transisset. Sed is cui non transeunti magnum aliquid esset, transeunti animo quam nihil esset apparuit, quia dum aeterna retributio cogitatur, praesens gloria quam sit nulla cognoscitur. Hinc Moyses, cum supernae contemplationis gloriam quaereret, dixit, Transiens videbo visionem (Exod. III, 3). Nisi enim gressum cordis a saeculi amore removisset, nequaquam intelligere superna potuisset. Hinc Jeremias luctum cordis sui considerari deposcens, ait: O vos omnes qui transitis per viam, attendite et videte, si est dolor sicut dolor meus (Thren. I, 12). Qui enim praesentem vitam non quasi viam transeunt, sed quasi patriam attendunt, luctum cordis electorum considerare nesciunt. Illos ergo ut dolorem suum considerent propheta exquirit, quos in hoc mundo contigit 497 animum non fixisse. Hinc per Salomonem dicitur: Aperi os tuum muto, et causis omnium filiorum qui pertranseunt (Prov. XXXI, 8). Muti enim dicuntur qui praedicatorum verbis contradicendo minime resistunt. Qui etiam pertranseuntes sunt, quia intentionem mentis in amore vitae praesentis figere dedignantur. Igitur quia malus ad diem perditionis servatur, et ad diem furoris ducitur, hoc non nisi qui est viator intelligit, quoniam qui cor in praesentibus fixit, quae iniquum sequuntur supplicia non deprehendit. De quo adhuc subditur:

Caput LVIII

[Rec. XXXVI.]

VERS. 31.---Quis arguet coram eo viam ejus? et quae fecit, quis reddet illi?

Solo aquel, pues, advierte que no es nada el que el inicuo florezca, el que ya apartó el paso del corazón del amor del presente siglo. De donde rectamente, al hablarse de la subsiguiente condenación del impío, se premite: Interrogad a cualquiera de los viajeros, y conoceréis que él entiende estas mismas cosas. Viajero, en efecto, se llama al que atiende a que la vida presente es para él camino y no patria, el que desprecia fijar el corazón en el amor del siglo que pasa, el que desea no permanecer en las cosas transeúntes, sino llegar a las eternas. Pues quien en esta vida no desea ser viajero, en nada desprecia las cosas prósperas de esta vida, y se maravilla de las cosas que él mismo desea cuando ve que abundan en otros. De donde el profeta David, puesto que ya había pasado con el corazón del amor del presente siglo, describiendo la gloria del inicuo, decía: Vi al impío sobreexaltado y elevado como los cedros del Líbano (Sal. XXXVI, 35). Pero porque no sometió su corazón a este mundo, justamente lo despreció, diciendo: Pasé, y he aquí que no estaba (Ibíd., 36). Sería ciertamente algo el impío en su estimación, si él mismo no hubiera pasado de este siglo por la intención. Pero para aquel a quien, no pasando, le sería algo grande, para el ánimo que pasa apareció cuán nada era, porque mientras se piensa en la retribución eterna, se conoce cuán nula es la gloria presente. De aquí Moisés, cuando buscaba la gloria de la contemplación suprema, dijo: Pasando veré la visión (Ex. III, 3). Pues si no hubiera apartado el paso del corazón del amor del siglo, de ningún modo hubiera podido entender las cosas supremas. De aquí Jeremías, pidiendo que se considere el luto de su corazón, dice: Oh vosotros todos los que pasáis por el camino, atended y ved si hay dolor como mi dolor (Lam. I, 12). Pues los que no pasan por la vida presente como por un camino, sino que la atienden como patria, no saben considerar el luto del corazón de los elegidos. A aquellos, pues, busca el profeta para que consideren su dolor, a quienes aconteció no haber fijado el ánimo en este mundo. De aquí se dice por Salomón: Abre tu boca al mudo, y para las causas de todos los hijos que pasan (Prov. XXXI, 8). Pues mudos se llaman los que no resisten contradiciendo a las palabras de los predicadores. Los cuales también son los que pasan, porque desdeñan fijar la intención de la mente en el amor de la vida presente. Por tanto, porque el malo es reservado para el día de la perdición, y es llevado al día del furor, esto no lo entiende sino quien es viajero, puesto que quien fijó el corazón en las cosas presentes, no percibe los suplicios que siguen al inicuo. Sobre lo cual todavía se añade:

Capítulo LVIII

[Rec. XXXVI.]

VERS. 31.---¿Quién argüirá ante él su camino? y lo que hizo, ¿quién se lo retribuirá?

69. Antichristum tantis signis, ostensione sanctitatis tanta elatum, solus Christus debellaturus est.--- Saepe malus indignationem conditoris sui, quam in aeternum passurus est, et in hac quoque vita positus experitur, dum prosperitatem quam amat amittit, et adversitatem quam formidat invenit. Et quamvis increpari de suis pravitatibus a justorum lingua etiam in prosperis valeat, scimus tamen quod cum facta sua perversum quemque dejiciunt, justorum increpatio convalescat. Qua autem ratione nunc dicitur: Quis arguet coram eo viam ejus? dum etiam, justis tacentibus, hoc quoque notum sit, quia toties hic iniqui via arguitur, quoties ejus prosperitas interveniente adversitate turbatur [Vet. XXVIII]. Sed beatus Job dum de omnium malorum corpore loqueretur, subito ad omnium iniquorum caput verba convertit. Vidit enim quod in fine mundi Satan hominem ingrediens, quem sacra Scriptura Antichristum appellat, tanta elatione extollitur, tanta virtute principatur, tantis signis et prodigiis in sanctitatis ostensione elevatur, ut argui ab homine ejus facta non valeant quia cum potestate terroris adjungit etiam signa ostensae sanctitatis, et ait: Quis arguet coram eo viam ejus? Quis videlicet hominem illum increpare audeat, cujus visum ferre pertimescit? Sed tamen ejus viam non solum Elias et Enoch, qui in ejus exprobrationem ad medium deducuntur, sed etiam omnes electi arguunt, dum contemnunt, dum virtute mentis ejus malitiae resistunt. Sed quia hoc ex divina gratia, et non suis viribus faciunt, recte nunc dicitur: Quis arguet coram eo viam ejus? Quis etenim, nisi Deus, cujus adjutorio electi, ut resistere valeant, fulciuntur? Aliquando enim in Scriptura sacra cum interrogando Quis ponitur, Omnipotens designatur. Unde scriptum est: Quis suscitabit eum (Genes. XLIX, 9)? De quo per Paulum dicitur: Quem Deus suscitavit a mortuis (Gal. I, 1). In eo ergo quod sancti viri ejus iniquitati contradicunt, non ipsi sunt qui viam ejus arguunt, sed ille est ex cujus gratia confortantur. Et quia praesentia ejus, qua in homine venturus est, multo atrocior in persecutione erit quam nunc, cum minime cernitur, quia specialiter adhuc illo vase suo proprio non gestatur, bene dictum est: Coram eo. Multi enim nunc vias Antichristi dijudicantes corripiunt, sed hoc quasi in ejus absentia faciunt, dum illum arguunt quem adhuc specialiter non intuentur. Cum vero 498 in illo damnato homine venerit, quisquis ejus praesentiae resistit, coram eo viam ejus arguit, cujus vires et conspicit et contemnit. Vel certe viam ejus arguere est prosperitatem cursus ejus aeterno supplicio interveniente turbare. Quod quia solus Dominus propria virtute facturus est, de quo scriptum est. Quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus sui (II Thess. II, 8.), recte dicitur: Quis arguet coram eo viam ejus? Unde et sequitur: Et quae fecit, quis reddet illi? Quis nimirum, nisi Dominus?

69. Solo Cristo ha de debelar al Anticristo, elevado por tantos signos y tanta ostentación de santidad.--- A menudo el malo experimenta la indignación de su Creador, que ha de padecer eternamente, también puesto en esta vida, mientras pierde la prosperidad que ama y encuentra la adversidad que teme. Y aunque pueda ser increpado de sus depravaciones por la lengua de los justos incluso en la prosperidad, sabemos sin embargo que, cuando sus propios hechos derriban a un perverso, la increpación de los justos cobra fuerza. Pero ¿por qué razón se dice ahora: ¿Quién argüirá ante él su camino?, cuando incluso, callando los justos, sea también notorio esto: que tantas veces es argüido aquí el camino del inicuo cuantas veces su prosperidad es turbada por la adversidad que interviene [Vet. XXVIII]. Pero el bienaventurado Job, mientras hablaba del cuerpo de todos los malos, súbitamente convirtió sus palabras a la cabeza de todos los inicuos. Pues vio que al fin del mundo Satanás, entrando en un hombre a quien la sagrada Escritura llama Anticristo, se elevará con tanta elación, dominará con tanto poder, se alzará con tantos signos y prodigios en ostentación de santidad, que sus hechos no podrán ser argüidos por el hombre, porque al poder del terror añade también los signos de una santidad ostentada; y dice: ¿Quién argüirá ante él su camino? Es decir, ¿quién se atreverá a increpar a aquel hombre cuya vista teme soportar? Pero sin embargo, arguyen su camino no solo Elías y Enoc, que son traídos al medio para su exprobración, sino también todos los elegidos, mientras lo desprecian, mientras con la virtud de la mente resisten a su malicia. Pero porque hacen esto por la gracia divina y no por sus propias fuerzas, rectamente se dice ahora: ¿Quién argüirá ante él su camino? ¿Pues quién sino Dios, por cuya ayuda se apoyan los elegidos para que puedan resistir? Pues a veces en la sagrada Escritura, cuando se pone ¿Quién? interrogando, se designa al Omnipotente. De donde está escrito: ¿Quién lo despertará? (Gén. XLIX, 9). De lo cual se dice por Pablo: Al cual Dios resucitó de entre los muertos (Gál. I, 1). En eso, pues, que los santos varones contradicen su iniquidad, no son ellos mismos los que arguyen su camino, sino que es aquel por cuya gracia son confortados. Y porque su presencia, con la cual ha de venir en el hombre, será mucho más atroz en la persecución que ahora, cuando mínimamente se percibe, porque todavía no es llevado especialmente en aquel vaso suyo propio, bien se ha dicho: Ante él. Pues muchos corrigen ahora juzgando los caminos del Anticristo, pero hacen esto como en su ausencia, mientras arguyen a aquel a quien todavía no miran especialmente. Mas cuando venga en aquel hombre condenado, quienquiera que resista a su presencia, arguye ante él su camino, cuyas fuerzas contempla y desprecia a la vez. O ciertamente, argüir su camino es turbar la prosperidad de su curso por la intervención del suplicio eterno. Lo cual, porque solo el Señor ha de hacerlo por su propia virtud, de quien está escrito: Al cual el Señor Jesús matará con el espíritu de su boca, y destruirá con la ilustración de su advenimiento (II Tes. II, 8), rectamente se dice: ¿Quién argüirá ante él su camino? De donde también sigue: Y lo que hizo, ¿quién se lo retribuirá? ¿Quién, sin duda, sino el Señor?

Qui solus illi perdito homini quae fecit reddet, dum potestatem ejus tam validam per adventum suum aeterna damnatione contriverit. Sed elatus iste princeps malorum, in hac vita quandiu est positus, quid agat, audiamus. Sequitur:

Caput LIX

[Vet. XXIX, Rec. XXXVII].

VERS. 32.---Ipse ad sepulcra ducetur, et in congerie mortuorum vigilabit.

70. In multitudine peccantium tanquam in congerie mortuorum, et in sepulcris Satan vigilat.--- Quia sepulcra mortuos tegunt, quid aliud per sepulcra quam reprobi designantur, in quibus exstinctae a vita beatitudinis animae velut in sepulcris latent? Iniquus ergo iste ad sepulcra ducetur, quia in pravorum cordibus recipietur, quoniam soli eum illi suscipiunt, in quibus mortuae a Deo animae reperiuntur. De quo recte etiam, dum ejus supplicia describuntur, per prophetam dicitur: In circuitu illius sepulcra ejus, omnes interfecti, et qui ceciderunt gladio (Ezech. XXXII, 22). Illi quippe in inferno juxta illum sunt, in quibus idem malignus spiritus mortuus jacet. Qui iniquitatis ejus gladio percussi ceciderunt. Unde scriptum est: Qui liberasti David servum tuum de gladio maligno (Psal. CLIII, 10). Recte autem dicitur: Et in congerie mortuorum vigilabit, quia nunc in congregatione peccantium astutiae suae insidias exerit. Pro eo autem quod in mundo raritas bonorum est, et multitudo malorum, recte mortuorum congeries nominatur, ut ipsa iniquorum multitudo signetur. Lata enim via est quae ducit ad perditionem, et multi sunt qui ingrediuntur per eam (Matth. VII, 13). Satanae itaque in congerie mortuorum vigilare est in reproborum cordibus malitiae suae astutias exercere. De quo adhuc subditur:

Caput LX

[Rec. XXXVIII].

VERS. 33.---Dulcis fuit glareis Cocyti.

71. Ut amarus est electis, ita reprobis vitia suggerendo dulcis est.--- Graeca lingua cocytus luctus dicitur, qui tamen luctus feminarum vel quorumlibet infirmantium solet intelligi. Sapientes vero hujus saeculi, a luce veritatis exclusi, quasi umbras quasdam veritatis inquisitione tenere conati sunt. Unde Cocytum fluvium currere apud inferos putaverunt, videlicet designantes quod hi qui digna doloribus opera faciunt, in infernum ad luctum decurrunt.

El cual solo retribuirá a aquel hombre perdido lo que hizo, cuando por su advenimiento quebrante con la condenación eterna su potestad tan válida. Pero oigamos qué hace este elevado príncipe de los malos mientras está puesto en esta vida. Sigue:

Capítulo LIX

[Vet. XXIX, Rec. XXXVII].

VERS. 32.---Él mismo será llevado a los sepulcros, y en el montón de los muertos vigilará.

54. Los días de Dios son Su eternidad. Dios es lo que tiene. — ¿Qué son los días de Dios, sino que Su misma eternidad es llamada así? La cual a veces se expresa con la pronunciación de un solo día, como está escrito: Mejor es un día en tus atrios sobre millares (Sal. 83, 11). Pero a veces ciertamente por su longitud se señala con la apelación de muchos días, de los cuales está escrito: Por siglo de siglo son tus años (Sal. 101, 25). Nosotros, pues, somos revolvidos dentro de los tiempos, por esto que somos criatura. Pero Dios, que es el creador de todos, comprende nuestros tiempos con Su eternidad. Dice, pues: Al Omnipotente no le están ocultos los tiempos; los que en cambio le conocieron, ignoran sus días. Porque Él ciertamente ve nuestras cosas de modo comprensible, nosotros en cambio de ningún modo valemos para comprender las cosas que son suyas. Pero siendo la naturaleza de Dios simple, es muy de admirar por qué dice: Los que le conocieron, ignoran sus días. Pues no son una cosa Él mismo, y otra sus días. Pues Dios es esto que tiene. Ciertamente tiene eternidad, pero Él mismo es la eternidad. Tiene luz, pero Su luz es Él mismo. Tiene claridad, pero Él mismo es Su claridad. No hay, pues, en Él un ser y otro tener. ¿Qué es, pues, decir: Los que le conocieron, ignoran sus días, sino que incluso los que le conocen todavía no saben? Pues incluso los que ya le tienen por la fe, todavía por la especie ignoran. Y siendo Él mismo para sí la eternidad, al cual verdaderamente creemos, de qué modo sin embargo sea Su misma eternidad lo ignoramos. Pues en esto que oímos de la potencia de la naturaleza divina, solemos a veces pensar aquellas cosas que sabemos por experiencia. Pues todo lo que empieza y termina, se concluye por un inicio y un fin. Lo cual, si se difiere por alguna pequeña demora para que se termine, se dice largo; en cuya longitud ciertamente cuando cada uno retira los ojos de la mente atrás por la memoria, tiende adelante por la expectación, lo dilata en la mente como por un espacio de tiempo. Y cuando oye la eternidad de Dios, al ánimo que intenta al modo humano propone largos espacios de vida, en los cuales mida siempre tanto lo que se fue atrás, lo cual se retenga en la memoria, como lo que resta adelante, lo cual se espere por la intención.

55. In aeternitate nihil praeteritum aut futurum.---Sed quoties in aeternitate ista cogitamus, aeternitatem necdum cognovimus. Ibi quippe est quod nec initio incipitur, nec fine terminatur, ubi neque exspectatur quod veniet, neque percurrit quod debeat recordari, sed est unum quod semper esse est. Quod etsi nos et angeli cum initio esse videre incipimus, esse tamen hoc sine initio videmus, ubi sic semper sine fine esse est, ut nunquam se animus tendat ad sequentia, ac si multiplicentur quae sunt et longa fiant. Nam etsi per prophetiae spiritum dictum est: Domine, qui regnas in aeternum, et in saeculum, et adhuc (Fortasse, Exod. XV, 18, ubi legitur: Dominus regnabit in aeternum [Hebr., in saeculum] et ultra), more sacri eloquii, humano modo spiritus hominibus est locutus, ut ibi adhuc diceret, ubi exspectatio non inesset. Adhuc enim aeternitas non habet, quae semper esse habet, in qua nulla pars suae longitudinis praeterit, ut pars alia succedat, sed totum simul esse est, ut nil deesse videatur quod non cernat; in qua omne quod est animus videt et tardum non esse, et longum esse. Sed haec de aeternitatis diebus loquentes, conamur magis videre aliquid quam videmus. Dicatur igitur recte: Qui autem noverunt eum, ignorant dies illius, quia etsi jam Deum per fidem novimus, qualiter tamen sit ejus aeternitas, sine praeterito ante saecula, sine futuro post saecula, sine mora longa, sine praestolatione perpetua, non videmus. Beatus itaque Job sanctae Ecclesiae typum tenens, quia sub magno se scientiae freno moderatur, ne plus sapiat quam oportet sapere, et dies Dei non posse comprehendi testificans, ad haereticorum mox superbiam respectum mentis reducit, qui alta sapere appetunt, et quod capere utcunque non possunt perfecte se scire gloriantur. Nam sequitur:

Caput XLIV

[Rec. XXI].

VERS. 2.---Alii terminos transtulerunt, diripuerunt greges, et paverunt eos.

56. Haeretici terminos a patribus constitutos transferunt.---Quos aliorum nomine nisi haereticos designat, qui a sanctae Ecclesiae gremio extranei existunt? Ipsi enim terminos transferunt, quia constitutiones patrum praevaricando transcendunt. De quibus nimirum constitutionibus scriptum est: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui (Prov. XXII, 28). Qui greges diripiunt et pascunt, quia imperitos quosque perversis ad se persuasionibus trahunt, et doctrinis pestiferis ad interficiendum nutriunt.

55. En la eternidad nada es pretérito o futuro. — Pero cuantas veces pensamos en esa eternidad, aún no hemos conocido la eternidad. Allí ciertamente está lo que ni se empieza por un inicio, ni se termina por un fin, donde ni se espera lo que vendrá, ni transcurre lo que deba recordarse, sino que es uno solo lo que es siempre ser. Lo cual aunque nosotros y los ángeles empezamos a ver que es con un inicio, vemos sin embargo que este ser es sin inicio, donde así es siempre ser sin fin, que nunca el ánimo se tienda a las cosas siguientes, como si se multiplicaran las cosas que son y se hicieran largas. Pues aunque por el espíritu de profecía se dijo: Señor, que reinas por la eternidad, y por el siglo, y todavía (Acaso Éx. 15, 18, donde se lee: El Señor reinará por la eternidad y más allá), al modo de la sagrada elocuencia, el espíritu habló a los hombres de modo humano, para que allí dijera "todavía", donde la expectación no estuviera presente. Pues la eternidad no tiene "todavía", la cual tiene "siempre ser", en la cual ninguna parte de su longitud pasa, para que otra parte suceda, sino que todo el ser es a la vez, para que nada parezca faltar que no discierna; en la cual el ánimo ve que todo lo que es no es tardo, y que es largo. Pero hablando nosotros estas cosas de los días de la eternidad, nos esforzamos más por ver algo que lo que vemos. Dígase, pues, rectamente: Los que en cambio le conocieron, ignoran sus días, porque aunque ya conocemos a Dios por la fe, de qué modo sea sin embargo Su eternidad, sin pretérito antes de los siglos, sin futuro después de los siglos, sin demora larga, sin prestación perpetua, no lo vemos. El bienaventurado Job, pues, teniendo el tipo de la santa Iglesia, porque se modera bajo el gran freno de la ciencia, para que no sepa más de lo que conviene saber, y testificando que los días de Dios no pueden ser comprendidos, pronto reduce el respeto de la mente a la soberbia de los herejes, que apetecen saber cosas altas, y de lo que de ningún modo pueden captar se glorían de saberlo perfectamente. Pues sigue:

Capítulo XLIV

[Rect. XXI].

VERS. 2. — Otros trasladaron los términos, arrebataron los rebaños, y los apacentaron.

56. Los herejes trasladan los términos establecidos por los padres. — ¿A quiénes designa con el nombre de otros sino a los herejes, que existen como extraños al seno de la santa Iglesia? Ellos mismos trasladan los términos, porque prevaricando trascienden las constituciones de los padres. De cuyas constituciones ciertamente está escrito: No traspases los términos antiguos que pusieron tus padres (Prov. 22, 28). Quienes arrebatan los rebaños y los apacientan, porque atraen a todos los inexpertos hacia sí con perversas persuasiones, y los nutren con doctrinas pestíferas para matarlos.

[Vet. XXII.] Nam quod gregum nomine imperiti populi designentur, sponsi verba testantur, qui sponsam suam alloquitur dicens: Nisi cognoveris te, o pulchra inter mulieres, egredere, et abi post vestigia gregum (Cant. I, 7), id est nisi honorem tuum, quo ad similitudinem Dei es condita, bene vivendo cognoveris, a conspectu meae contemplationis egredere, et imperitorum vitam imitare populorum. Sequitur:

CAPUT XLV.

VERS. 3.---Asinum pupillorum abegerunt, et abstulerunt pro pignore bovem viduae.

57. Electi pupilli sunt.---Quos hoc loco pupillos accipimus, nisi electos Dei, in mentis teneritudine positos, qui magna fidei gratia nutriuntur, et patris sui jam pro se mortui faciem necdum vident? Et sunt plerique in Ecclesia qui quosdam conspiciunt coelestia appetere, terrena omnia despectui habere; et quamvis ipsi in hujus mundi laboribus insudent, eis tamen quos ad coelestia anhelare conspiciunt de rebus quas in hoc mundo possident hujus vitae adjutorium ferunt. Et quamvis ipsi agere spiritalia nequeant, ad summa tamen tendentibus libenter subsidia ministrant. Portare enim asinus onera hominum solet. Quasi ergo quidam asinus electorum est, qui, terrenis actibus deserviens, deportat onera usibus hominum. Et saepe cum haeretici quemlibet talem a sanctae Ecclesiae gremio avertunt, quasi pupillorum asinum abigunt, quia cum hunc ad perfidiam suam pertrahunt, a ministerio bonorum repellunt. 58. Vidua est Ecclesia.---Quae autem vidua nisi sancta Ecclesia debet intelligi, quae occisi viri sui interim visione privata est? Bos autem hujus est viduae, unusquisque praedicator. Et saepe contingit ut haeretici perversis suis dogmatibus ipsos etiam qui praedicatores videbantur trahant. Bovem ergo viduae auferunt, cum de sancta Ecclesia etiam praedicantem tollunt. Ubi recte est adjunctum: Pro pignore. Pignus namque cum tollitur, aliud quidem est quod tenetur, sed tamen adhuc aliud quaeritur. Et plerumque haeretici ideo eos conantur auferre qui praedicant, ut eorum etiam sequaces trahant. Pro pignore ergo bos viduae tollitur, quando idcirco ipse qui praedicabat rapiatur, ut alii sequantur. Ex cujus ruina plerumque agitur ut hi quoque de sanctae Ecclesiae gremio exeant, qui in ea bonis moribus praediti mites atque humiles esse videbantur. Unde et subditur:

CAPUT XLVI.

Pues que con el nombre de rebaños se designa a los pueblos inexpertos, lo testifican las palabras del Esposo, que habla a su Esposa diciendo: Si no te conocieres, oh bella entre las mujeres, sal, y vete tras las huellas de los rebaños (Cant. 1, 7), esto es, si no conocieres tu honor, por el que fuiste creada a semejanza de Dios, viviendo bien, sal del aspecto de mi contemplación, e imita la vida de los pueblos inexpertos. Sigue:

CAPÍTULO XLV.

VERS. 3. — Se llevaron el asno de los huérfanos, y quitaron por prenda el buey de la viuda.

57. Los electos son los huérfanos. — ¿A quiénes aceptamos en este lugar por huérfanos, sino a los electos de Dios, puestos en la ternura de la mente, que son nutridos por la gran gracia de la fe, y todavía no ven la faz de su padre ya muerto por ellos? Y hay muchísimos en la Iglesia que contemplan a algunos apetecer las cosas celestiales, y tener en desprecio todas las terrenas; y aunque ellos mismos suden en los trabajos de este mundo, sin embargo a aquellos que ven anhelar las cosas celestiales les llevan el auxilio de esta vida de las cosas que poseen en este mundo. Y aunque ellos mismos no puedan realizar actos espirituales, sin embargo a los que tienden a lo sumo les suministran de buen grado subsidios. Pues el asno suele llevar las cargas de los hombres. Como si fuera, pues, un cierto asno de los electos es aquel que, sirviendo en los actos terrenos, transporta las cargas para los usos de los hombres. A menudo cuando los herejes apartan a cualquiera de tal clase del seno de la santa Iglesia, como si se llevaran el asno de los huérfanos, porque cuando atraen a este a su perfidia, lo repelen del ministerio de los buenos. La Iglesia es una viuda. — ¿Pero qué viuda debe entenderse sino la santa Iglesia, que mientras tanto está privada de la visión de su esposo muerto? El buey de esta viuda es cada uno de los predicadores. Y a menudo sucede que los herejes por sus perversos dogmas atraen incluso a los mismos que parecían ser predicadores. Se llevan, pues, el buey de la viuda, cuando de la santa Iglesia quitan incluso al que predica. Donde rectamente se añade: Por prenda. Pues cuando se toma una prenda, una cosa es ciertamente la que se tiene, pero sin embargo todavía se busca otra. Y muchísimas veces los herejes por eso intentan quitar a los que predican, para atraer también a sus seguidores. Por prenda, pues, se toma el buey de la viuda, cuando por eso es arrebatado aquel mismo que predicaba, para que otros le sigan. De cuya ruina muchísimas veces se actúa para que estos también salgan del seno de la santa Iglesia, quienes en ella dotados de buenas costumbres parecían ser mansos y humildes. Por lo cual también se añade:

CAPÍTULO XLVI.

VERS. 4.---Subverterunt pauperum viam, et oppresserunt pariter mansuetos terrae.

59. Pauperum nomine humiles intelligendi.---Paupertatis namque nomine saepe humilitas designari solet. Et nonnunquam hi qui mansueti atque humiles videntur, si servare discretionem nesciunt, exemplis aliorum cadunt. Sunt vero nonnulli haeretici qui populis admisceri fugiunt, sed recessum vitae secretioris petunt; qui plerumque eos quos inveniunt eo amplius peste suae persuasionis inficiunt, quo quasi ex vitae meritis reverentiores videntur. De quibus subditur:

Caput XLVII

[Vet. XXIII, Rec. XXII].

VERS. 5.---Alii quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum.

60. Onagris similes sunt haeretici. Non Dei opus, sed suum peragunt.---Onager enim agrestis est asinus. Et recte hoc in loco onagris comparantur haeretici, quia, in suis voluptatibus dimissi, a vinculis sunt fidei et rationis alieni. Unde scriptum est: Onager assuetus in solitudine, in desiderio animae suae attraxit ventum amoris sui (Jerem. II, 24). Onager quippe in solitudine assuetus est, quia dum terram cordis sui disciplinae virtute non excolit, ibi habitat ubi fructus non est. Quia in desiderio animae suae ventum amoris sui attrahit, quia ea quae ex desiderio scientiae in mente concipit inflare praevalent, non aedificare. Contra quos dicitur: Scientia inflat, charitas vero aedificat (I Cor. VIII, 1). Unde hic quoque congrue infertur: Egrediuntur ad opus suum. Non enim Dei, sed suum opus peragunt, dum non recta dogmata, sed propria desideria sequuntur. Scriptum quippe est: Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat (Psal. C, 6). Qui ergo non in via immaculata ambulat, sibi magis quam Domino ministrat. Sequitur:

CAPUT XLVIII.

IBID.---Vigilantes ad praedam, praeparant panem liberis.

61. Haeretici ad praedam vigilant.---Ad praedam vigilant qui verba justorum ad sensum proprium semper rapere conantur, ut per haec perversis filiis panem erroris parent. De quo videlicet pane apud Salomonem verbis mulieris pravitatis haereticae typum gerentis dicitur: Aquae furtivae dulciores sunt, et panis absconditus suavior (Prov. IX, 17). Sequitur:

CAPUT XLIX.

VERS. 4. — Subvirtieron el camino de los pobres, y oprimieron a la vez a los mansos de la tierra.

59. Por el nombre de pobres deben entenderse los humildes. — Pues por el nombre de pobreza suele designarse a menudo la humildad. Y a veces estos que parecen mansos y humildes, si no saben guardar la discreción, caen por los ejemplos de otros. Hay, ciertamente, algunos herejes que huyen de mezclarse con los pueblos, sino que buscan el retiro de una vida más secreta; quienes muchísimas veces infectan a los que encuentran tanto más con la peste de su persuasión, cuanto más reverendos parecen como por los méritos de la vida. De los cuales se añade:

CAPÍTULO XLVII

VERS. 5. — Otros, como onagros en el desierto, salen a su obra.

60. Los herejes son semejantes a los onagros. No realizan la obra de Dios, sino la suya. — Pues el onagro (onager) es un asno silvestre. Y rectamente en este lugar se compara a los herejes con los onagros, porque, entregados a sus propios placeres, son ajenos a los vínculos de la fe y de la razón. De donde está escrito: Onagro acostumbrado a la soledad, en el deseo de su alma atrajo el viento de su amor (Jer. 2, 24). Pues el onagro está acostumbrado a la soledad, porque mientras no cultiva la tierra de su corazón con la virtud de la disciplina, habita allí donde no hay fruto. Porque en el deseo de su alma atrae el viento de su amor, porque las cosas que concibe en su mente por el deseo de la ciencia prevalecen para inflar, no para edificar. Contra los cuales se dice: La ciencia infla, mas la caridad edifica (1 Cor. 8, 1). De donde aquí también se infiere congruentemente: Salen a su obra. Pues no realizan la obra de Dios, sino la suya, mientras no siguen dogmas rectos, sino sus propios deseos. Pues está escrito: El que anda en camino inmaculado, este me servía (Sal. 100, 6). Aquel, pues, que no anda en camino inmaculado, se sirve a sí mismo más que al Señor. Sigue:

CAPÍTULO XLVIII

IBID. — Vigilantes para la presa, preparan el pan para sus hijos.

61. Los herejes vigilan para la presa. — Vigilan para la presa quienes siempre intentan arrebatar las palabras de los justos a su propio sentido, para preparar por medio de ellas el pan del error para sus hijos perversos. De cuyo pan, por cierto, se dice en Salomón por las palabras de la mujer que representa el tipo de la depravación herética: Las aguas hurtadas son más dulces, y el pan escondido es más suave (Prov. 9, 17). Sigue:

CAPÍTULO XLIX

VERS. 6.---Agrum non suum demetunt, et vineam ejus quem vi oppresserint vindemiant.

62. Qui agrum non suum, et vineam alienam devastent haeretici.---Potest agri nomine Scripturae sacrae latitudo signari, quam haeretici non suam demetunt, quia ex ea sententias longe a suis sensibus diversas tollunt. Quae vineae quoque appellatione exprimitur, quia per veritatis sententias botros virtutum profert. Cujus vineae dominum, id est Scripturae sacrae conditorem, quasi vi opprimunt, quia ejus sensum in verba sacri eloquii inflectere violenter conantur, qui dicit: Servire me fecisti in peccatis tuis, praebuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis (Isai. XLIII, 24). Et eamdem vineam vindemiant, quia ex ea sententiarum botros pro suae intelligentiae intentione coacervant. Potest agri vel vineae nomine universa Ecclesia designari, quam perversi praedicatores demetunt, et auctorem ejus in membris suis opprimendo vindemiant, quia Creatoris nostri gratiam persequentes, dum quosdam de illa qui recti videbantur rapiunt, quid aliud quam spicas vel botros animarum tollunt? De quibus adhuc subditur:

CAPUT L.

VERS. 7.---Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore.

63. Bona opera destruendo, nudos dimittunt homines haeretici.---Sicut vestimenta corpus, sic bona opera protegunt animam. Unde cuidam dicitur: Beatus qui vigilat, et custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet (Apoc. XVI, 15). Haeretici itaque cum in quorumdam mentibus bona opera destruunt, nimirum velamina indumentorum tollunt. Bene autem dicitur: Quibus non est operimentum in frigore. Operimentum quippe ad justitiam pertinet, frigus ad culpam. Et sunt nonnulli qui in quibusdam rebus peccata faciunt, in quibusdam vero recta opera sequuntur. Qui ergo ex aliis actibus delinquit, atque ex aliis justitiam peragit, quid iste nisi in frigore vestitur; alget, et tegitur; quia ex alio opere fervescit ad justitiam, ex alio frigescit ad culpam? Sed cum haeretici bona opera talibus subtrahunt, agunt ne in frigore habeant quo vestiantur. Recte ergo dicitur: Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore, ut videlicet solum culpae frigus interimat quos calor alterius operis ex parte aliqua tegebat. [Vet. XXIV.] Potest vero per frigus desiderium, per vestimentum operatio signari.

VERS. 6. — Siegan el campo que no es suyo, y vendimian la viña de aquel a quien oprimieron por la fuerza.

62. Los herejes son los que devastan un campo que no es suyo y una viña ajena. — Por el nombre de campo puede significarse la latitud de la Sagrada Escritura, que los herejes siegan como no suya, porque toman de ella sentencias muy diversas de sus propios sentidos. La cual también se expresa con la apelación de viña, porque por las sentencias de la verdad produce racimos (botros) de virtudes. Al dueño de cuya viña, es decir, al autor de la Sagrada Escritura, lo oprimen casi por la fuerza, porque intentan violentamente inclinar su sentido a las palabras de la sagrada elocuencia, quien dice: Me hiciste servir en tus pecados, me diste trabajo en tus iniquidades (Is. 43, 24). Y vendimian la misma viña, porque amontonan de ella racimos de sentencias según la intención de su propia inteligencia. Por el nombre de campo o de viña puede designarse la Iglesia universal, que los predicadores perversos siegan, y vendimian a su autor oprimiéndolo en sus miembros, porque persiguiendo la gracia de nuestro Creador, mientras arrebatan de ella a algunos que parecían rectos, ¿qué otra cosa hacen sino llevarse las espigas o los racimos de las almas? De los cuales todavía se añade:

CAPÍTULO L

VERS. 7. — Dejan desnudos a los hombres, quitándoles los vestidos, que no tienen cobertura en el frío.

63. Los herejes dejan desnudos a los hombres al destruir las buenas obras. — Así como los vestidos protegen el cuerpo, así las buenas obras protegen el alma. De donde se le dice a uno: Bienaventurado el que vela y guarda sus vestidos, para que no ande desnudo (Apoc. 16, 15). Los herejes, pues, cuando destruyen las buenas obras en las mentes de algunos, sin duda quitan los velos de los vestidos. Mas bien se dice: Que no tienen cobertura en el frío. Pues la cobertura pertenece a la justicia, el frío a la culpa. Y hay algunos que en ciertas cosas cometen pecados, mas en otras siguen obras rectas. Aquel, pues, que delinque en unos actos y en otros realiza la justicia, ¿qué es este sino alguien que se viste en el frío; tiene frío y está cubierto; porque por una obra se enardece para la justicia, por otra se enfría para la culpa? Mas cuando los herejes quitan las buenas obras a tales personas, actúan para que no tengan con qué vestirse en el frío. Rectamente, pues, se dice: Dejan desnudos a los hombres, quitándoles los vestidos, que no tienen cobertura en el frío, para que, a saber, solo el frío de la culpa mate a los que el calor de otra obra cubría en alguna parte. [Vet. XXIV.] Mas por el frío puede significarse el deseo, por el vestido la operación.

Et sunt plerique qui adhuc perversis desideriis aestuant, sed, contra se spiritaliter decertantes, rectis sibi operibus repugnant, et bonis actibus tegunt hoc quod sinistrum sibi resultare per tentationem sentiunt. Hi itaque unde mala desiderant, inde algent; unde autem bona operantur, inde vestiti sunt. Cum vero haeretici perversis allegationibus rectae fidei opera subtrahunt, quid agunt, nisi ut hi qui adhuc desideriorum carnalium frigora sentiunt, sine bonorum actuum vestimento moriantur? Sequitur:

CAPUT LI.

VERS. 8.---Quos imbres montium rigant, et non habentes velamen amplexantur lapides.

64. Sanctorum Patrum sententiis tanquam fluentis rigamur.---Imbres montium sunt verba doctorum. De quibus montibus voce sanctae Ecclesiae dicitur: Levavi oculos meos ad montes (Psal. CXX, 1). Hos itaque imbres montium rigant, quia sanctorum Patrum fluenta satiant. Velamen autem, ut jam praediximus, boni operis tegmen accipimus, quo quisque tegitur, ut ante omnipotentis Dei oculos, pravitatis ejus foeditas operiatur. Unde scriptum est: Beati quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata (Psal. XXXI, 1). Quos autem lapidum nomine nisi fortes intra sanctam Ecclesiam viros accipimus? quibus per primum pastorem dicitur: Et vos tanquam lapides vivi superaedificamini (I Pet. II, 5). Hi itaque qui de nullo suo opere confidunt, ad sanctorum martyrum protectionem currunt, atque ad sacra eorum corpora fletibus insistunt, promereri se veniam, eis intercedentibus, deprecantur. Quid ergo isti in hac humilitate faciunt, nisi quia bonae actionis velamen non habent, lapides amplexantur? Sequitur:

CAPUT LII

[Rec. XXIII].

VERS. 9.---Vim fecerunt depraedantes pupillos, et vulgus pauperum spoliaverunt.

65. Haeretici infirmos et indoctos, qua vi qua blandimentis aucupantur.---Cum prosperitatem vitae praesentis haeretici non habent, infirmis mentibus verbis blandioribus perversa persuadent. Si qua vero illis prosperitas temporis praesentis arriserit, etiam violenter trahere quos praevalent non desistunt. Pupillorum itaque nomine designantur hi qui adhuc sunt teneri intra sanctam Ecclesiam constituti, quorum vitam misericors pater moriendo servavit, qui ad bonam jam intentionem deducti sunt, sed adhuc in bonis actibus nulla virtute roborantur.

Y hay muchísimos que todavía se abrasan con deseos perversos, pero, luchando espiritualmente contra sí mismos, se oponen a ellos con obras rectas, y cubren con buenos actos aquello que por la tentación sienten que les resulta siniestro. Estos, pues, por donde desean cosas malas, por allí tienen frío; mas por donde obran cosas buenas, por allí están vestidos. Pero cuando los herejes por perversas alegaciones quitan las obras de la recta fe, ¿qué hacen sino que estos que todavía sienten los fríos de los deseos carnales, mueran sin el vestido de los buenos actos? Sigue:

CAPÍTULO LI

VERS. 8. — A los cuales riegan las lluvias de los montes, y no teniendo cobertura abrazan las piedras.

64. Por las sentencias de los Santos Padres somos regados como por torrentes. — Las lluvias de los montes son las palabras de los doctores (doctorum). De cuyos montes se dice por la voz de la santa Iglesia: Levanté mis ojos a los montes (Sal. 120, 1). A estos, pues, riegan las lluvias de los montes, porque los torrentes de los santos Padres los sacian. Mas por cobertura, como ya dijimos, recibimos la protección de la buena obra, con la cual cada uno se cubre, para que ante los ojos del Dios omnipotente, se cubra la fealdad de su depravación. De donde está escrito: Bienaventurados aquellos cuyas iniquidades han sido perdonadas, y cuyos pecados han sido cubiertos (Sal. 31, 1). Mas ¿a quiénes recibimos bajo el nombre de piedras sino a los varones fuertes dentro de la santa Iglesia? A quienes se dice por el primer pastor: Y vosotros, como piedras vivas, sed edificados encima (1 Pe. 2, 5). Estos, pues, que no confían en ninguna obra suya, corren a la protección de los santos mártires, e insisten con llantos ante sus sagrados cuerpos, y suplican merecer el perdón por su intercesión. ¿Qué hacen, pues, estos en esta humildad, sino que, porque no tienen la cobertura de la buena acción, abrazan las piedras? Sigue:

CAPÍTULO LII

VERS. 9. — Hicieron violencia depredando a los huérfanos, y despojaron al vulgo de los pobres.

65. Los herejes cazan a los débiles y a los indoctos, ya por la fuerza, ya por halagos. — Cuando los herejes no tienen la prosperidad de la vida presente, persuaden a las mentes débiles de cosas perversas con palabras más suaves. Mas si alguna prosperidad del tiempo presente les sonriera, no cesan de atraer incluso violentamente a los que pueden. Por el nombre de huérfanos (pupillorum), por tanto, se designa a aquellos que todavía son tiernos, constituidos dentro de la santa Iglesia, cuya vida el Padre misericordioso salvó al morir, los cuales ya han sido conducidos a una buena intención, pero todavía no están fortalecidos con ninguna virtud en las buenas obras.

Haeretici igitur depraedantes pupillos vim faciunt, quia contra infirmas fidelium mentes verborum et operum violentia grassantur. Vulgus autem pauperum est populus indoctus, qui si verae sapientiae divitias haberet, vestimentum suae fidei nequaquam amitteret. Quasi quidam quippe intra sanctam Ecclesiam senatores sunt, veri doctores, qui cum scientiam in corde multiplicant, veris apud se divitiis abundant. Sed haeretici vulgus pauperum spoliant, quia dum doctos non praevalent, indoctos quosque a valamine fidei praedicatione pestifera denudant. Sequitur:

Caput LIII

[Vet. XXV].

VERS. 10.---Nudis et incedentibus absque vestitu, et esurientibus tulerunt spicas

66. Haeretici sanctorum Patrum doctrinam auferunt otiosis et incautis.---Quod ait nudis, hoc replicat, absque vestitu; sed aliud est nudum esse, aliud nudum incedere. Omnis enim qui nec bona nec mala operatur, nudus est et otiosus; qui autem mala agit, nudus incedit, quia sine velamine boni operis per iter pravitatis pergit. Sunt vero nonnulli qui, malum suae nequitiae cognoscentes, satiari pane justitiae festinant, percipere sacri eloquii dicta desiderant. Qui quoties Patrum sententias pro aedificandis mentibus in cogitatione versant, quasi de bona segete spicas portant. Haeretici igitur nudis et incedentibus absque vestitu et esurientibus spicas tollunt, quia sive quidam otiosi sint, et in nullis se bonis exerceant, seu per iter impudentiae absque velamine boni operis pergant, etiam si quando jam ad poenitentiam redire cupiunt, et pabulum verbi concupiscunt, eis esurientibus spicas tollunt, quia in eorum mente perniciosis persuasionibus Patrum sententias destruunt. Nec immerito spicas signare Patrum sententias dicimus, quia saepe dum per figurata eloquia proferuntur, ab eis tegmen litterae quasi aristarum paleas subtrahimus, ut medulla spiritus reficiamur. Sequitur:

CAPUT LIV.

VERS. 11.---Inter acervos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt.

Los herejes, pues, depredando a los huérfanos, hacen violencia, porque arremeten contra las mentes débiles de los fieles con violencia de palabras y de obras. Mas el vulgo de los pobres es el pueblo indocto, el cual, si tuviera las riquezas de la verdadera sabiduría, de ningún modo perdería el vestido de su fe. Pues hay como ciertos senadores dentro de la santa Iglesia, los verdaderos doctores, quienes, cuando multiplican la ciencia en su corazón, abundan en sí mismos de verdaderas riquezas. Pero los herejes despojan al vulgo de los pobres, porque mientras no pueden prevalecer sobre los doctos, desnudan a todos los indoctos de la cobertura de la fe por su predicación pestífera. Sigue:

CAPÍTULO LIII

VERS. 10. — A los desnudos y a los que caminaban sin vestido, y a los hambrientos les quitaron las espigas.

66. Los herejes quitan la doctrina de los santos Padres a los ociosos y a los incautos. — En cuanto dice a los desnudos, repite esto, sin vestido; pero una cosa es estar desnudo y otra caminar desnudo. Pues todo el que no obra ni bien ni mal, está desnudo y ocioso; mas el que hace el mal, camina desnudo, porque sin la cobertura de la buena obra avanza por el camino de la depravación. Hay, sin embargo, algunos que, conociendo el mal de su iniquidad, se apresuran a saciarse con el pan de la justicia, y desean percibir los dichos de la sagrada elocuencia. Estos, cuantas veces consideran en su pensamiento las sentencias de los Padres para la edificación de sus mentes, llevan como espigas de una buena mies. Los herejes, pues, quitan las espigas a los desnudos y a los que caminan sin vestido y a los hambrientos, porque ya sea que algunos estén ociosos y no se ejerciten en ningún bien, o ya sea que avancen por el camino de la impudencia sin la cobertura de la buena obra, aun si en algún momento ya desean volver a la penitencia y anhelan el pasto de la palabra, les quitan las espigas a los hambrientos, porque destruyen en su mente las sentencias de los Padres por medio de perniciosas persuasiones. Y no sin razón decimos que las espigas significan las sentencias de los Padres, porque a menudo, mientras se profieren por medio de elocuencias figuradas, les quitamos la cobertura de la letra como si fuera el tamo de las aristas, para que seamos reconfortados con la médula del espíritu. Sigue:

CAPÍTULO LIV

VERS. 11. — Entre sus montones sestearon al mediodía, los cuales, pisados los lagares, tienen sed.

67. Persecutionum quas fidelibus haeretici indicunt utilitas. Saeculi potentes adversus eos commovent.---Omnes qui sanctam Ecclesiam persequuntur, quid aliud quam torcular calcant? Quod divina agi dispositione permittitur, ut animarum botri in spiritale vinum defluant, quae, carne corruptibili exutae, ad regna coelestia velut in apothecam currant. Nam injusti dum justos deprimunt, quasi botros sub pedibus mittunt. Compressi autem botri ad superni convivii satietatem exuberant, qui prius quasi in hujus aeris libertate pendebant. Unde David propheta, sanctae Ecclesiae afflictionem conspiciens, psalmum pro torcularibus scribit (Psal. VIII, aut LXXXIII). Sed omnes qui vitam fidelium persequuntur, calcant et sitiunt, quia agendo crudelia, ferociores fiunt, impietatis suae meritis caecati, eo ambiunt graviora facere, quo jam gravia fecerunt. Haeretici autem cum per se potestatem persecutionis non habent, hujus saeculi potentes commovent, eorumque mentes ad persequendum trahunt, et quibus valent persuasionibus accendunt. Quos cum crudelia agere contra catholicorum vitam conspiciunt, quasi in ipso solis fervore requiescunt. Bene ergo nunc dicitur: Inter acervos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt, quia eorum se multitudini adjungunt, quos jam vident gravia agere, et adhuc sitire graviora. Quorum fervor dum eorum desideria satiat, in eorum actibus, quasi in meridie, quiescunt. Sequitur:

CAPUT LV.

VERS. 12.---De civitatibus fecerunt viros gemere.

68. Haeretici Ecclesiae unitatem solvere nituntur.---Quia civitates a conviventibus populis appellantur, non immerito civitatum nomine verae sunt fidei Ecclesiae designatae, quae in singulis mundi partibus positae unam catholicam faciunt, in qua fideles omnes de Deo recta sentientes concorditer vivunt. [Vet. XXVI.] Hanc namque in Evangelio Dominus conviventium populorum etiam per locorum distinctionem concordiam designavit, cum satiaturus de quinque panibus populum, quinquagenos per turmas, vel centenos discumbere praecepit, ut videlicet turba fidelium escam suam et locis disjuncta et moribus conjuncta perciperet. Jubilaei quippe requies quinquagenarii numeri mysterio continetur, et quinquagenarius bis ducitur, ut ad centenarium perducatur.

67. Utilidad de las persecuciones que los herejes infligen a los fieles. Conmueven a los potentes del siglo contra ellos. — ¿Qué otra cosa hacen todos los que persiguen a la santa Iglesia sino pisar el lagar? Lo cual se permite que se haga por disposición divina, para que los racimos de las almas fluyan en vino espiritual, las cuales, despojadas de la carne corruptible, corran a los reinos celestiales como a un almacén (apothecam). Pues los injustos, mientras oprimen a los justos, ponen como racimos bajo sus pies. Mas los racimos comprimidos rebosan para la saciedad del convite celestial, los cuales antes pendían como en la libertad de este aire. De donde el profeta David, contemplando la aflicción de la santa Iglesia, escribe un salmo para los lagares (Sal. 8, u 83). Pero todos los que persiguen la vida de los fieles, pisan y tienen sed, porque al hacer cosas crueles, se vuelven más feroces; cegados por los méritos de su propia impiedad, ambicionan hacer cosas más graves, cuanto ya las han hecho graves. Mas los herejes, cuando por sí mismos no tienen el poder de la persecución, conmueven a los potentes de este mundo, y atraen sus mentes a la persecución, y los encienden con las persuasiones que pueden. A quienes, cuando ven hacer cosas crueles contra la vida de los católicos, descansan como en el mismo fervor del sol. Bien, pues, se dice ahora: Entre sus montones sestearon al mediodía, los cuales, pisados los lagares, tienen sed, porque se unen a la multitud de aquellos a quienes ya ven hacer cosas graves, y todavía tener sed de cosas más graves. Cuyo fervor, mientras sacia sus deseos, descansan en sus actos, como en el mediodía. Sigue:

CAPÍTULO LV

VERS. 12. — De las ciudades hicieron gemir a los varones.

68. Los herejes intentan disolver la unidad de la Iglesia. — Puesto que las ciudades se llaman así por los pueblos que conviven, no sin razón por el nombre de ciudades se designan las Iglesias de la verdadera fe, las cuales, situadas en cada una de las partes del mundo, forman una sola Iglesia católica, en la cual todos los fieles, sintiendo rectamente de Dios, viven en concordia. [Vet. XXVI.] Pues esta concordia de los pueblos que conviven la designó el Señor en el Evangelio incluso por la distinción de lugares, cuando, habiendo de saciar al pueblo con cinco panes, mandó que se recostaran por grupos de cincuenta, o de cien, para que, a saber, la multitud de los fieles percibiera su alimento tanto disjunta por lugares como conjunta por costumbres. Pues el descanso del Jubileo se contiene en el misterio del número cincuenta, y el cincuenta se duplica para llegar al centenario.

Quia ergo prius a malo quescitur opere, ut post anima plenius quiescat in cogitatione, alii quinquageni, alii autem centeni discumbunt, quoniam sunt nonnulli qui jam a pravis actibus habent requiem operis, et sunt nonnulli qui a perversis cogitationibus habent jam requiem mentis. Heretici igitur, quia, perversis saepe hujus mundi potentibus adhaerentes, bonorum socialem vitam atque concordiam persequuntur, recte nunc dicitur: De civitatibus fecerunt viros gemere. Quos recte beatus Job memorat viros, quia illos magis haeretici exstinguere ambiunt qui perfectis gressibus per viam Dei non fluxe et enerviter, sed viriliter currunt. Qui cum vulnus perfidiae ingeri in parvulorum fidelium mente conspiciunt, 527 semper ad clamorem et gemitus redeunt. Unde et recte dicitur:

CAPUT LVI.

IBID.--- Et anima vulneratorum clamavit, et Deus inultum abire non patitur

69. Haereticorum scelera Deus inulta non relinquet.---Vulneratur quippe anima justorum cum fides turbatur infirmorum, quibus jam hoc ipsum clamare est de alieno lapsu tabescere. Sed Deus inultum abire non patitur, quia etsi justo ordine injustum aliquid fieri permittit, inultum tamen abire non sinit injustum quod fieri juste permisit, quia et per reproborum injustitiam quasdam, quas inesse considerat, culpas percutit electorum, et tamen aeterna justitia ferire non negligit injustitiam ferientium. Sequitur:

Caput LVII

[Rec. XXIV].

VERS. 13.---Ipsi fuerunt rebelles lumini.

70. Divinum lumen respuentium poena caecitas.---Plerumque perversi et cognoscunt recta quae sequi debeant, et tamen sequi despiciunt quae cognoscunt. Lumini ergo rebelles sunt, quia, sua desideria sequendo, bonum despiciunt quod noverunt. Qui ergo non per ignorantiam, sed per superbiam delinquunt, elationis suae scutum jaculis veritatis objiciunt, ne salubriter in corde feriantur. Ex qua videlicet eorum superbia agitur ut quia nolunt facere quae cognoscunt, nec cognoscant jam bona quae faciant, sed sua eos caecitas a veritatis lumine funditus excludat. Unde et apte subditur:

CAPUT LVIII

IBID.---Nescierunt vias ejus, nec reversi sunt per semitas illius.

Porque, por tanto, primero se descansa de la mala obra para que después el alma descanse más plenamente en el pensamiento, unos se recuestan de cincuenta en cincuenta, y otros de cien en cien, ya que hay algunos que ya tienen descanso de la obra de los actos depravados, y hay algunos que ya tienen descanso de la mente de los pensamientos perversos. Los herejes, pues, porque, adhiriéndose a menudo a los perversas potentes de este mundo, persiguen la vida social y la concordia de los buenos, rectamente se dice ahora: De las ciudades hicieron gemir a los varones. A quienes el bienaventurado Job menciona rectamente como varones (viros), porque los herejes ambicionan más extinguir a aquellos que corren con pasos perfectos por el camino de Dios, no de modo fluido y enervado, sino varonilmente. Quienes, cuando ven que se infiere la herida de la perfidia en la mente de los párvulos fieles, siempre vuelven al clamor y a los gemidos. De donde también rectamente se dice:

CAPÍTULO LVI

IBID. — Y el alma de los heridos clamó, y Dios no permite que quede sin castigo.

69. Dios no dejará impunes los crímenes de los herejes. — Pues el alma de los justos se hiere cuando se turba la fe de los débiles, para quienes ya esto mismo es clamar: consumirse por el tropiezo ajeno. Pero Dios no permite que quede sin castigo, porque aunque por orden justo permite que se haga algo injusto, sin embargo no deja ir sin castigo lo injusto que permitió justamente que se hiciera, porque incluso por medio de la injusticia de los réprobos golpea ciertas culpas de los electos que considera que existen en ellos, y sin embargo la eterna justicia no descuida herir la injusticia de los que hieren. Sigue:

CAPÍTULO LVII

VERS. 13.---Ellos han sido rebeldes a la luz.

70. El castigo de los que rechazan la luz divina es la ceguera.---La mayoría de las veces, los perversos tanto conocen las cosas rectas que deben seguir, como sin embargo desprecian seguir lo que conocen. Son, pues, rebeldes a la luz, porque, siguiendo sus propios deseos, desprecian el bien que han conocido. Aquellos, por tanto, que delinquen no por ignorancia, sino por soberbia, oponen el escudo de su elación a los dardos de la verdad, para no ser heridos saludablemente en el corazón. De la cual soberbia de ellos se trata que, porque no quieren hacer lo que conocen, ya ni siquiera conozcan las cosas buenas que deban hacer, sino que su propia ceguera los excluya fundadamente de la luz de la verdad. De donde también se añade aptamente:

CAPÍTULO LVIII

IBID.---No conocieron sus caminos, ni regresaron por sus sendas.

71. Perversi ideo reprobo sensui traduntur, quia divino lumini rebelles fuerunt.---Qui enim prius sciendo rebelles sunt, postmodum caecantur ut nesciant, sicut de quibusdam dicitur: Quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt (Rom. I, 21). De quibus paulo post additur: Tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea quae non conveniunt (Ibid., 28). Quia enim glorificare noluerunt quem cognoverant, reprobo sensui traditi, ad hoc relicti sunt, ut nescirent jam pensare mala quae faciebant. Bene autem dicitur: Nescierunt vias ejus, nec reversi sunt per semitas illius. Angustior quippe est semita quam via. Qui autem bona manifestiora agere contemnunt, nequaquam ad subtiliora intelligenda perveniunt. Exspectavit autem omnipotens Deus, ut per ejus semitas pergerent; sed utinam per eas vel reverti voluissent, ut vitae itinera quae noluerunt per innocentiam saltem per poenitentiam tenerent! Qua in re quantae sint misericordiae viscera Dei omnipotentis ostenditur, qui eos quos a se discedentes aspicit, ut revertantur, quaerit. Unde post enumeratas culpas delinquentium Synagogam per vocem propheticam revocat, dicens: Ergo saltem amodo voca me, pater meus, dux virginitatis meae tu es (Jerem. III, 4). Sequitur:

Caput LIX

[Rec. XXV].

VERS. 14.---Mane primo consurgit homicida, interficit egenum et pauperem; per noctem vero erit quasi fur.

72. Perversi prosperitate vitae praesentis ad opprimendos justos abutuntur.---Cum homicida in nece proximorum per nocturnum maxime silentium soleat grassari, cur hoc in loco mane primo consurgere ad interficiendum egenum et pauperem dicitur, in nocte vero quasi fur esse perhibetur? Sed ipsis verbis litterae 528 dum sibi non congruunt, ad indaganda spiritus secreta revocamur. In Scriptura sacra mane aliquando adventus dominicae incarnationis, aliquando adventus jam terribilis et districti judicis, aliquando vero praesentis vitae prosperitas poni consuevit. Mane etenim adventus dominicae incarnationis exstitit, sicut propheta dicit: Venit mane et nox (Isai. XXI, 12), quia et novae lucis primordia in Redemptoris praesentia fulserunt, et tamen a persecutorum cordibus perfidiae suae tenebrae non sunt detersae. Rursum per mane adventus judicis designatur. Unde per Psalmistam dicitur: In matutinis interficiebam omnes peccatores terrae (Psal. C, 8). Sicut et electorum quoque personam exprimens, ait: Mane astabo tibi et videbo (Psal. V, 5).

71. Los perversos son, por tanto, entregados a un sentido réprobo, porque fueron rebeldes a la luz divina.---Pues los que primero son rebeldes conociendo, después son cegados para que no conozcan, como se dice de algunos: Porque, habiendo conocido a Dios, no le glorificaron como a Dios, ni le dieron gracias (Rom. 1, 21). De los cuales se añade un poco después: Dios los entregó a un sentido réprobo, para que hicieran las cosas que no convienen (Ibíd., 28). Porque, como no quisieron glorificar a aquel que habían conocido, entregados a un sentido réprobo, fueron abandonados para esto: para que ya no supieran ponderar los males que hacían. Bien se dice pues: No conocieron sus caminos, ni regresaron por sus sendas. Pues la senda es más estrecha que el camino. Pero los que desprecian hacer los bienes más manifiestos, de ningún modo llegan a entender las cosas más sutiles. Pero esperó Dios omnipotente que caminaran por sus sendas; ¡pero ojalá al menos hubieran querido regresar por ellas, para que mantuvieran por la penitencia al menos los itinerarios de la vida que no quisieron mantener por la inocencia! En lo cual se muestra cuán grandes son las entrañas de misericordia de Dios omnipotente, que busca que regresen aquellos a quienes ve alejarse de Él. De donde, tras enumerar las culpas de los delincuentes, convoca a la Sinagoga por la voz profética, diciendo: Por tanto, al menos desde ahora llámame: padre mío, tú eres el guía de mi virginidad (Jer. 3, 4). Sigue:

CAPÍTULO LIX

VERS. 14.---Al amanecer se levanta el homicida, mata al necesitado y al pobre; pero por la noche será como un ladrón.

72. Los perversos abusan de la prosperidad de la vida presente para oprimir a los justos.---Dado que el homicida suele ensañarse en la muerte de sus prójimos sobre todo durante el silencio nocturno, ¿por qué se dice en este lugar que se levanta al amanecer para matar al necesitado y al pobre, mientras que en la noche se dice que es como un ladrón? Pero mientras las palabras de la letra no concuerdan entre sí, somos llamados a investigar los secretos del espíritu. En la Sagrada Escritura, el "amanecer" suele ponerse a veces por el advenimiento de la encarnación del Señor, a veces por el advenimiento del Juez ya terrible y estricto, y a veces por la prosperidad de la vida presente. Pues el amanecer fue el advenimiento de la encarnación del Señor, como dice el profeta: Viene la mañana y la noche (Is. 21, 12), porque tanto los primordios de la nueva luz brillaron en la presencia del Redentor, como sin embargo no fueron borradas de los corazones de los perseguidores las tinieblas de su propia perfidia. Por otra parte, por el amanecer se designa el advenimiento del Juez. De donde se dice por el Salmista: Por las mañanas mataba a todos los pecadores de la tierra (Sal. 101, 8). Como también expresando la persona de los electos, dice: Por la mañana estaré ante ti y veré (Sal. 5, 5).

Rursum per mane, praesentis vitae prosperitas designatur, sicut per Salomonem dicitur: Vae tibi, terra, cujus rex est puer, et cujus principes mane comedunt (Eccl. X, 16). Quia enim mane primum diei tempus est, et vespere extremum, nequaquam reficiendi sumus de hujus vitae prosperitatae quae praevenit, sed de his quae in fine diei, id est in mundi termino sequuntur. Mane ergo comedunt, qui de hujus mundi prosperitatibus extolluntur, et dum praesentia vehementer curant, futura non cogitant. Omnis enim qui odit fratem suum, homicida est (I Joan. III. 15). Mane itaque primo consurgit homicida, quia in praesentis vitae gloria perversus quisque erigitur, et illorum vitam deprimit qui, dum sequentem gloriam sitiunt, quasi satiari in vespere exquirunt. Pravus etenim quisque, in hoc mundo dignitatem transitoriae potestatis arripiens, tanto se acrius ad peragenda mala dilatat, quanto per charitatis viscera nullum amat. Quoties enim cogitationibus contra bonos saevit, toties innocentium vitam interimit.

73. Mali homines adversitate pressi perversis consiliis latenter laedunt.---Qui si, disponente Deo, subito gloriam acceptae potestatis amiserit, locum mutat, sed mentem non mutat, quia ad hoc protinus dilabitur quod subinfertur: Per noctem vero erit quasi fur. In nocte quippe tribulationis atque dejectionis suae, etsi exerere crudelitatis manum non valet, eis tamen quos praevalere conspicit consilia perversitatis praebet; huc illucque discurrit, et quaeque potest in bonorum laesionem suggerit. Qui recte quasi fur dicitur, quia in ipsis suis perversis consiliis metuit ne deprehendatur. Qui ergo contra egenum et pauperem mane homicida est, per noctem quasi fur absconditur, quia perversus quisque, qui in prosperitate vitae praesentis humilium vitam deprimendo interimit, in adversitate atque dejectione positus, per iniqua consilia latenter laedit, atque id quod per se explere non valet, adhaerendo hujus mundi potentibus exercet. Sequitur.

CAPUT LX.

VERS. 15.---Oculus adulteri observat caliginem, dicens: Non me videbit oculus.

Por otra parte, por el amanecer se designa la prosperidad de la vida presente, como se dice por Salomón: ¡Ay de ti, tierra, cuyo rey es un niño, y cuyos príncipes comen por la mañana! (Ecl. 10, 16). Porque, como el amanecer es el primer tiempo del día y el atardecer el último, de ningún modo hemos de ser confortados por la prosperidad de esta vida que precede, sino por aquellas cosas que siguen al final del día, es decir, en el término del mundo. Comen, pues, por la mañana los que se ensalzan con las prosperidades de este mundo, y mientras cuidan vehementemente de las cosas presentes, no piensan en las futuras. Pues todo el que odia a su hermano es un homicida (1 Jn. 3, 15). Por tanto, al amanecer se levanta el homicida, porque en la gloria de la vida presente todo perverso se ensalza y deprime la vida de aquellos que, mientras tienen sed de la gloria subsiguiente, buscan como ser saciados al atardecer. Pues todo malvado, arrebatando en este mundo la dignidad de la potestad transitoria, se expande tanto más acerbamente para llevar a cabo los males cuanto que, por las entrañas de la caridad, no ama a nadie. Pues cuantas veces se enfurece en sus pensamientos contra los buenos, tantas veces extingue la vida de los inocentes.

43. Possumus etiam columnas coeli et ipsas Ecclesias non inconvenienter accipere, quae multae unam catholicam faciunt toto terrarum orbe diffusam. Unde et septem Ecclesiis scribit Joannes apostolus, ut unam catholicam septiformis gratiae plenam spiritu designaret (Apoc. I, 4; II, 29). Et de Domino novimus dixisse Salomonem: Sapientia aedificavit sibi domum, excidit columnas septem (Prov. IX, 1).

VERS. 10.---Rodeó con un término las aguas, hasta que se acaben la luz y las tinieblas.

41. El conocimiento perfecto de la eternidad no se concede a nadie mientras vivimos.---Porque muchísimas veces en la sagrada elocuencia, como dijimos arriba, se designa a los pueblos bajo el nombre de aguas (aquarum), el Señor rodea las aguas con un término, porque de tal modo modera la ciencia del género humano, que mientras pasen las vicisitudes de los tiempos alternantes, no llegue perfectamente al conocimiento de la claridad íntima. Pero si en verdad bajo el nombre de luz (lucis) tomamos a los justos, y bajo la apelación de tinieblas (tenebrarum) a los pecadores (de donde también Pablo dice: Fuisteis en algún tiempo tinieblas, pero ahora luz en el Señor [Ef. 5, 8]), nada impide sentir esto mismo que dijimos, porque el conocimiento perfecto de la eternidad a nadie se concede, hasta que se acabe el curso de los justos y de los injustos. Pero porque no es maravilla que los pueblos carnales ignoren lo supremo, el varón santo se yergue en la admiración de la misma divina potencia, y ve que trasciende también la misma ciencia de los ángeles y de los hombres perfectos, diciendo:

Capítulo XXIX

[Rec. XVII].

VERS. 11.---Las columnas del cielo se estremecen, y se espantan a su mandato.

42. Las columnas del cielo son o los ángeles, o los sumos predicadores de la Iglesia, o también las Iglesias mismas.---¿A qué otra cosa llama columnas del cielo (columnas coeli) sino a los santos ángeles, o a los sumos predicadores de la Iglesia? Sobre los cuales, creciendo en lo celestial, se ha levantado toda la estructura de la fábrica espiritual, como en otro lugar atestigua la Sagrada Escritura, diciendo: Al que venciere, le haré columna en el templo de mi Dios (Apoc. 3, 12). Pues quienquiera que en la obra de Dios se afirma con recta intención, es erigido como columna en la estructura de la fábrica espiritual, para que, puesto en este templo, que es la Iglesia, sea de utilidad y decoro. Job llama columnas del cielo a aquellos que el Apóstol llama columnas de la Iglesia, diciendo: Pedro, Santiago y Juan, que parecían ser columnas, me dieron las diestras de compañía (Gál. 2, 9).

43. Podemos también, no inconvenientemente, entender por columnas del cielo a las mismas Iglesias, que, siendo muchas, constituyen una sola Iglesia católica difundida por todo el orbe de la tierra. De donde también el apóstol Juan escribe a las siete Iglesias, para designar en espíritu una sola Iglesia católica llena de la gracia septiforme (Apoc. 1, 4; 2, 29). Y del Señor sabemos que dijo Salomón: La Sabiduría se edificó una casa, labró siete columnas (Prov. 9, 1).

Qui ut id de septem Ecclesiis se dixisse innotesceret, secutus etiam sacramenta ipsa diligenter inseruit, dicens: Immolavit victimas, miscuit vinum, et proposuit mensam, misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem et maenia civitatis: Si quis est parvulus, veniat ad me (Ibid.). Immolavit enim Dominus victimas, seipsum offerendo pro nobis. Miscuit vinum, praeceptorum suorum poculum ex narratione historica et intelligentia spiritali contemperans. Unde alias dictum est: Calix in manu Domini, vini meri, plenus est misto (Psal. LXXIV, 9). Et posuit mensam, id est Scripturam sacram, quae fessos ad se atque a saeculi oneribus venientes pane verbi nos reficit, et contra adversarios sua refectione nos roborat. Unde et alias ab Ecclesia dicitur: Posuisti in conspectu meo mensam, adversus eos qui tribulant me (Psal. XXII, 5). Misit ancillas suas, apostolorum videlicet animas, in ipso suo initio infirmas, ut vocarent ad arcem et moenia civitatis, quia dum internam vitam denuntiant, ad alta nos moenia supernae civitatis levant, quae profecto moenia nisi humiles non ascendunt. Unde illic ab eadem Sapientia subditur: Si quis est parvulus, veniat ad me (Prov. IX, 4). Ac si aperte dicat: Quisquis se apud se magnum aestimat, aditum sibi mei accessus angustat, quia tanto ad me altius pertingitur, quanto uniuscujusque mens apud severius humiliatur.

44. Judicia Dei nemo potest indagare.---Sed quantalibet quisque virtute proficiat, quantalibet scientia excrescat, penetrate non sufficit quo nos conditor moderamine judiciorum regat. Dicat ergo: Columnae coeli contremiscunt, et pavent ad nutum ejus, quia in plerisque nec ipsi pertingere ad voluntatis ejus celsitudinem praevalent qui ejusdem voluntatis praemia denuntiantes vident. Quod, sicut superius diximus, de sanctis quoque angelis nil obstat intelligi, quia ipsae quoque virtutes coelestium, quae hunc sine cessatione conspiciunt, in ipsa sua contemplatione contremiscunt. Sed isdem tremor ne eis poenalis sit, non timoris est, sed admirationis. Quia vero quantus pavor sit admirationis ejus intulit, nunc ordinem nostrae salutis narrat. Sequitur:

Caput XXX

[Rec. XVIII].

VERS. 12.---In fortitudine illius repente maria congregata sunt, et prudentia ejus percussit superbum.

El cual, para dar a conocer que había dicho esto de las siete Iglesias, prosiguiendo insertó también diligentemente los mismos sacramentos, diciendo: Inmoló sus víctimas, mezcló su vino, y propuso su mesa, envió a sus criadas, para que llamaran al alcázar y a los muros de la ciudad: Si alguno es pequeñito, venga a mí (Ibíd.). Pues el Señor inmoló las víctimas, ofreciéndose a sí mismo por nosotros. Mezcló el vino, atemperando el cáliz de sus preceptos con la narración histórica y la inteligencia espiritual. De donde en otro lugar se dice: El cáliz en la mano del Señor, de vino puro, está lleno de mezcla (Sal. 74, 9). Y puso la mesa, esto es, la Sagrada Escritura, que nos refresca con el pan de la palabra cuando venimos a ella cansados y de las cargas del siglo, y nos robustece con su refrigerio contra los adversarios. De donde también en otro lugar dice la Iglesia: Pusiste ante mi vista una mesa, frente a los que me atribulan (Sal. 22, 5). Envió a sus criadas (ancillas), a saber, las almas de los apóstoles, débiles en su mismo principio, para que llamaran al alcázar y a los muros de la ciudad, porque mientras anuncian la vida interna, nos elevan a los altos muros de la ciudad suprema, muros que ciertamente no ascienden sino los humildes. Por eso allí se añade por la misma Sabiduría: Si alguno es pequeñito, venga a mí (Prov. 9, 4). Como si dijera abiertamente: Quienquiera que se estima grande ante sí mismo, estrecha para sí la entrada de mi acceso, porque tanto más alto se llega a mí, cuanto la mente de cada uno se humilla más severamente ante sí misma.

44. Nadie puede indagar los juicios de Dios.---Pero por mucha virtud que alguien aproveche, por mucha ciencia que crezca, no le basta para penetrar con qué moderación de los juicios nos rige el Creador. Diga, pues: Las columnas del cielo se estremecen, y se espantan a su mandato, porque en muchísimas cosas ni aun ellos prevalecen a alcanzar la altura de su voluntad, quienes ven y anuncian los premios de esa misma voluntad. Lo cual, como dijimos arriba, nada impide entenderlo también de los santos ángeles, porque las mismas virtudes de los seres celestiales, que le contemplan sin cesar, se estremecen en su misma contemplación. Pero para que ese mismo temblor no les sea penal, no es de temor, sino de admiración. Pero porque ha introducido cuán grande sea el pavor de su admiración, narra ahora el orden de nuestra salvación. Sigue:

Capítulo XXX

[Rec. XVIII].

VERS. 12.---En su fortaleza de repente los mares fueron congregados, y su prudencia hirió al soberbio.

45. Incarnatione Domini mundus presso tumore domitus.---Quid aliud maris nomine quam praesens saeculum designatur, in quo corda hominum terrena quaerentium diversis cogitationum fluctibus intumescunt? qui elatione superbiae concitati, dum alterna intentione se impetunt, quasi adversante se unda collidunt. Sed jam in fortitudine illius maria congregata sunt, quia incarnato Domino discordantia saecularium corda concorditer credunt. Jam Petrus in mari ambulat, quia nimirum Christi praedicatoribus illa quondam tumida humili auditu corda substracta sunt ut recte etiam in Evangelio hujus mundi mansuetudinem figuraverit, quod procellosa maris aqua Domini pedibus, presso tumore, calcata est. Sed quonam modo id actum sit aperitur, dum dicitur: Et prudentia ejus percussit superbum.

46. Deus maluit prudentia percutere diabolum, quam fortitudine. Incarnationis oeconomia.---Quis hic superbus alius appellatur, nisi ille qui dixit: Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo (Isai. XVI, 14)? Et de quo voce Dei dicitur: Qui factus est ut nullum timeret, et ipse est rex super omnes filios superbiae (Job. XLI, 25). De quo etiam huic sententiae David propheta concordat, dicens: Tu humiliasti, sicut vulneratum, superbum (Psal. LXXXVIII, 11). Sed quamvis simplici naturae divinitatis non sit aliud esse, et aliud sapere, nec aliud sapere, et aliud fortem esse, quippe quia ipsa fortitudo quae sapientia, et ipsa sapientia quae divinitatis essentia est, vigilanter tamen intuendum puto quod vir iste prophetico plenus spiritu superbum diabolum prudentia Dei potius maluit dicere quam fortitudine esse percussum. Non enim ait fortitudo, sed prudentia ejus percussit superbum. Nam quamvis, sicut dictum est, propter naturam simplicem, Dei fortitudo sapientia sit, Dominus tamen diabolum, quantum ad faciem spectat, non virtute, sed ratione superavit. Ipse namque diabolum in illa nos parentis primi radice supplantans, sub captivitate sua quasi juste tenuit hominem, qui, libero arbitrio conditus, ei injusta suadenti consensit. Ad vitam namque conditus in libertate propriae voluntatis, sponte sua factus est debitor mortis. Delenda ergo erat talis culpa, sed nisi per sacrificium deleri non poterat. Quaerendum erat sacrificium, sed quale sacrificium poterat pro absolvendis hominibus inveniri? Neque enim justum fuit ut pro rationali homine brutorum animalium victimae caederentur. Unde ait Apostolus: Necesse est ergo exemplaria coelestium his mundari, ipsa autem coelestia hostiis quam istis (Hebr. IX, 23). Ergo si bruta animalia propter rationale animal, id est pro homine, dignae victimae non fuerunt, requirendus erat homo qui pro hominibus offerri debuisset, ut pro rationali peccante rationalis hostia mactaretur.

45. Por la Encarnación del Señor el mundo fue domado, reprimida su hinchazón.---¿Qué otra cosa se designa con el nombre del mar sino el presente siglo, en el cual los corazones de los hombres que buscan las cosas terrenas se hinchan con diversos flujos de pensamientos? Los cuales, incitados por la elación de la soberbia, mientras se acometen con alterna intención, chocan entre sí como por una ola contraria. Pero ya en su fortaleza los mares fueron congregados (maria congregata sunt), porque al encarnarse el Señor los discordantes corazones de los hombres seculares creen concordemente. Ya Pedro camina sobre el mar, porque sin duda aquellos corazones antes hinchados han sido sometidos a los predicadores de Cristo con humilde oído, de modo que rectamente también figuró en el Evangelio la mansedumbre de este mundo, en que el agua procelosa del mar fue pisada por los pies del Señor, reprimida su hinchazón. Pero de qué modo se haya hecho esto se abre al decirse: Y su prudencia hirió al soberbio.

46. Dios prefirió herir al diablo con la prudencia, que con la fortaleza. La economía de la Encarnación.---¿A quién se llama aquí soberbio (superbum) sino a aquel que dijo: Subiré sobre la altura de las nubes, seré semejante al Altísimo (Is. 14, 14)? Y de quien se dice por la voz de Dios: Que fue hecho para no temer a nadie, y él mismo es rey sobre todos los hijos de la soberbia (Job 41, 24-25). Sobre lo cual también el profeta David concuerda con esta sentencia, diciendo: Tú humillaste al soberbio, como a un herido (Sal. 88, 11). Pero aunque para la naturaleza simple de la divinidad no sea una cosa ser, y otra saber, ni una cosa saber, y otra ser fuerte, puesto que la misma fortaleza es la sabiduría, y la misma sabiduría es la esencia de la divinidad, considero sin embargo que debe observarse atentamente que este varón, lleno de espíritu profético, prefirió decir que el soberbio diablo fue herido por la prudencia (prudentia) de Dios antes que por su fortaleza. Pues no dijo su fortaleza, sino su prudencia hirió al soberbio. Porque aunque, como se ha dicho, por la naturaleza simple, la fortaleza de Dios sea su sabiduría, sin embargo el Señor venció al diablo, en cuanto a lo que aparece exteriormente, no por la virtud, sino por la razón. Pues el mismo diablo, suplantándonos en aquella raíz del primer padre, retuvo bajo su cautiverio casi justamente al hombre, el cual, creado con libre albedrío, consintió a él que le sugería cosas injustas. Pues creado para la vida en la libertad de su propia voluntad, por su propia cuenta se hizo deudor de la muerte. Debía pues borrarse tal culpa, pero no podía borrarse sino por un sacrificio. Había que buscar el sacrificio, pero ¿qué clase de sacrificio podía hallarse para absolver a los hombres? Pues no era justo que por el hombre racional se inmolaran víctimas de animales brutos. De donde dice el Apóstol: Es necesario pues que los ejemplares de las cosas celestiales se purifiquen con estas, pero las cosas celestiales mismas con hostias mejores que estas (Heb. 9, 23). Por tanto, si los animales brutos por el animal racional, esto es, por el hombre, no fueron víctimas dignas, había que buscar un hombre que debiera ser ofrecido por los hombres, para que por el racional pecador se sacrificara una hostia racional.

Sed quid, quod homo sine peccato inveniri non poterat, et oblata pro nobis hostia quando nos a peccato mundare potuisset, si ipsa hostia peccati contagio non careret? Inquinata quippe inquinatos mundare non potuisset. Ergo ut rationalis esset hostia, homo fuerat offerendus, ut vero a peccatis mundaret hominem, homo, et sine peccato. Sed quis esset sine peccato homo, si ex peccati commistione descenderet? Proinde venit propter nos in uterum virginis Filius Dei, ibi pro nobis factus est homo. Sumpta est ab illo natura, non culpa. Fecit pro nobis sacrificium, corpus suum exhibuit pro peccatoribus victimam sine peccato, quae et humanitate mori, et justitia mundare potuisset. Hunc ergo cum post baptisma vidit antiquus hostis, mox tentationibus impetiit, et per diversos aditus ad interiora ejus molitus irrepere, victus est, atque ipsa inexpugnabilis mentis ejus integritate prostratus (Matt. IV, 1 seq.).

47. Diabolus frustra tentato interius Christo, eum exterius agressus est.---Sed qui ad interiora non valuit, ad ejus se exteriora convertit, ut quia mentis virtute victus est, eum quem decipere tentatione non valuit, carnis saltem videretur morte superare, atque, ut ante nos dictum est, permissus est in illud quod ex nobis mortalibus Mediator acceperat. Sed ubi potuit aliquid facere, tibi ex omni parte devictus est; et unde accepit exterius potestatem Dominicae carnis occidendae, inde interior potestas ejus qua nos tenebat occisa est. Ipse namque interius victus est, dum quasi vicit exterius; et qui nos jure debitores mortis tenuit, jure in nobis jus mortis amisit, quia per satellites suos ejus carnem perimendam oppetiit, in quo nil ex culpae debito invenit. Dominus ergo noster pro nobis mortem solvit indebitam, ut nobis mars debita non noceret. Bene itaque dictum est: Prudentia ejus percussit superbum, quia antiquus hostis per excessum praesumptionis suae eum etiam perdidit quem iniquae persuasionis lege possedit; et dum audacter eum in quo nihil sibi competebat appetiit, jure illum quem quasi juste tenebat amisit. Prudentia itaque non virtute percussus est, qui dum ad tentandum Deum solvitur, ab homine possidendo religatur, ut inde eum qui sub ipso erat perderet, unde cum illo qui super ipsum est congredi praesumpsisset. Occiso autem carne Domino, quae praedicatores ejus virtutum gloria sit secuta, narratur, cum subditur:

Caput XXXI

[Rec. XIX].

VERS. 13.---Spiritus ejus ornavit coelos.

Pero ¿qué, siendo que no podía hallarse un hombre sin pecado, y cómo la hostia ofrecida por nosotros habría podido limpiarnos del pecado, si la misma hostia no careciera del contagio del pecado? Pues la manchada no habría podido limpiar a los manchados. Por tanto, para que fuera una hostia racional, debía ofrecerse un hombre; pero para que limpiara al hombre de los pecados, un hombre y sin pecado. Pero ¿quién sería un hombre sin pecado, si descendiera de la mezcla del pecado? Por lo cual vino por nosotros al útero de la virgen el Hijo de Dios, allí por nosotros se hizo hombre. Fue asumida por Él la naturaleza, no la culpa. Hizo por nosotros el sacrificio, exhibió su cuerpo como víctima por los pecadores sin pecado, la cual pudiera tanto morir por la humanidad, como limpiar por la justicia. A este pues, cuando lo vio el antiguo enemigo después del bautismo, pronto lo acometió con tentaciones, y habiendo intentado colarse por diversos accesos a su interior, fue vencido, y postrado por esa misma inexpugnable integridad de su mente (Mt. 4, 1 ss.).

47. El diablo, habiendo tentado a Cristo en vano interiormente, lo acometió exteriormente.---Pero el que no prevaleció en lo interior, se volvió a lo exterior de Él, para que, ya que fue vencido por la virtud de su mente, pareciera al menos superar por la muerte de la carne a Aquel a quien no prevaleció engañar con la tentación; y, como se ha dicho antes de nosotros, se le permitió entrar en aquello que el Mediador había recibido de nosotros los mortales. Pero donde pudo hacer algo, allí fue vencido por todas partes; y de donde recibió exteriormente la potestad de matar la carne del Señor, de allí fue muerta su potestad interior con la que nos retenía. Pues él fue vencido interiormente, mientras casi venció exteriormente; y el que nos retenía justamente como deudores de la muerte, justamente perdió en nosotros el derecho de la muerte, porque a través de sus satélites buscó la destrucción de la carne de Aquel en quien nada halló de la deuda de la culpa. Nuestro Señor, pues, pagó por nosotros una muerte no debida, para que la muerte debida no nos dañara. Bien se ha dicho, pues: Su prudencia hirió al soberbio, porque el antiguo enemigo, por el exceso de su presunción, perdió incluso a aquel a quien poseyó por la ley de la inicua persuasión; y mientras acometió audazmente a Aquel en quien nada le pertenecía, justamente perdió a aquel a quien retenía como si justamente. Por la prudencia, pues, no por la virtud, fue herido el que, mientras se suelta para tentar a Dios, es ligado de poseer al hombre, para que de allí perdiera al que estaba bajo él, de donde había presumido encontrarse con Aquel que está sobre él. Muerto pues el Señor en la carne, qué gloria de virtudes siguió a sus predicadores se narra cuando se añade:

Capítulo XXXI

[Rec. XIX].

VERS. 13.---Su Espíritu adornó los cielos.

48. Infirmitas apostolorum eorumque principis, ante acceptum Spiritum sanctum.---Quos coelos, nisi eos de quibus scriptum est: Coeli enarrant gloriam Dei (Psal. XVIII, 2)? Quos tunc ornavit Spiritus, cum replevit. Quod Luca referente didicimus, qui ait: Factus est repente de coelo sonus, tanquam advenientis spiritus vehementis, et replevit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertitae linguae tanquam ignis, seditque super singulos eorum. Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, et coeperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis (Act. II, 2-4). Ex eo ergo acceperunt ornamenta virtutis, quos immensa ante possederat foeditas timoris. Scimus enim, ille apostolorum, id est coelorum primus, ante acceptam hujus Spiritus gratiam, quoties dum mori timuit, vitam negavit. Qui non poenis, non afflictionibus, non terribili potestate cujusquam, sed unius mancipii sola est interrogatione prostratus. Et quidem mancipium ne sexus firmior terribile demonstraret, ancilla est inquirente tentatus (Matth. XXVI, 70). Rursusque ut talis sexus infirmitas etiam officii sui dejectione vilesceret, non ab ancilla tantummodo, sed ab ostiaria est ancilla requisitus (Joan. XVIII, 25). Ecce quam vilis est ad tentandum persona requisita, ut aperte proderetur quanta eum timoris infirmitas possideret, qui nec ante vocem ostiariae ancillae subsisteret.

49. Petri fortitudo eo accepto.---Sed jam hic paulo ante timidus, qualis post adventum Spiritus exstiterit videamus. Certe, Luca testante didicimus contra sacerdotes ac principes quanta Dominum auctoritate praedicavit. Nam cum facto miraculo, quaestio fuisset exorta (Act. IV, 14), et sacerdotum principes, seniores, ac scribae in apostolorum persecutione concurrerent, eos in medio statuentes in qua virtute miraculum fecerint percunctari curaverunt. Quibus repletus Spiritu sancto Petrus dixit: Principes populi et seniores, si nos hodie dijudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iste salvus factus est, notum sit omnibus vobis, et omni plebi Israel, quia in nomine Jesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitavit a mortuis, in hoc iste astat coram vobis salvus (Ibid. 8-10). Cumque erga haec persequentium furor excresceret, eosque sacerdotes ac principes Jesum praedicare prohiberent, contra iram principum qua auctoritate Petrus excreverit indicatur, cum illic protinus subditur: Petrus vero et apostoli dixerunt: Obedire oportet Deo magis quam hominibus (Ibid., V, 29). Sed cum auctoritatem praedicantium, resistentium praecepta non premerent, ad flagella pervenitur. Nam subditur: Tunc principes sacerdotum caesis denuntiaverunt ne loquerentur in nomine Jesu, et dimiserunt eos (Ibid., V, 40).

48. La enfermedad de los apóstoles y de su príncipe, antes de recibir el Espíritu Santo.---¿Qué cielos (coelos), sino aquellos de quienes está escrito: Los cielos narran la gloria de Dios (Sal. 18, 2)? A los cuales adornó entonces el Espíritu, cuando los llenó. Lo cual aprendimos por el relato de Lucas, quien dice: Se hizo de repente del cielo un sonido, como de un espíritu vehemente que llega, y llenó toda la casa donde estaban sentados. Y se les aparecieron lenguas repartidas como de fuego, y se sentó sobre cada uno de ellos. Y fueron todos llenos del Espíritu Santo, y comenzaron a hablar en varias lenguas, según el Espíritu Santo les daba hablar (Hech. 2, 2-4). De Él, pues, recibieron los ornamentos de la virtud aquellos a quienes antes poseía una inmensa fealdad de temor. Pues sabemos que aquel, el primero de los apóstoles, esto es, de los cielos, antes de recibir la gracia de este Espíritu, cuantas veces temió morir, negó la vida. El cual fue postrado no por las penas, no por las aflicciones, no por la terrible potestad de nadie, sino por la sola interrogación de un solo siervo. E incluso, para que un sexo más firme no se le mostrara terrible, fue tentado por una criada (ancilla) que le preguntaba (Mt. 26, 70). And de nuevo, para que tal flaqueza de sexo también envileciera por la bajeza de su oficio, fue requerido no solo por una criada, sino por una criada portera (ostiaria) (Jn. 18, 25). He aquí cuán vil es la persona requerida para tentarlo, para que abiertamente se descubriera cuánta flaqueza de temor le poseía, que ni ante la voz de una criada portera subsistiría.

49. La fortaleza de Pedro al recibirlo.---Pero veamos ya cómo se mostró después de la venida del Espíritu el que poco antes era temeroso. Ciertamente, aprendimos por el testimonio de Lucas con cuánta autoridad predicó al Señor contra los sacerdotes y los príncipes. Pues hecho el milagro, habiendo surgido la cuestión (Hech. 4, 14), y concurriendo los príncipes de los sacerdotes, los ancianos y los escribas en la persecución de los apóstoles, poniéndolos en medio cuidaron de preguntar en qué virtud habían hecho el milagro. A los cuales Pedro, lleno del Espíritu Santo, dijo: Príncipes del pueblo y ancianos, si nosotros hoy somos juzgados en el beneficio a un hombre enfermo, en el que este ha sido sanado, sea notorio a todos vosotros, y a todo el pueblo de Israel, que en el nombre de Jesucristo Nazareno, a quien vosotros crucificasteis, a quien Dios resucitó de los muertos, en este se presenta este sano ante vosotros (Ibíd. 8-10). Y creciendo ante esto el furor de los perseguidores, y prohibiéndoles aquellos sacerdotes y príncipes predicar a Jesús, se indica con qué autoridad creció Pedro contra la ira de los príncipes, cuando allí mismo se añade: Mas Pedro y los apóstoles dijeron: Conviene obedecer a Dios más que a los hombres (Hech. 5, 29). Pero como los preceptos de los que resistían no oprimían la autoridad de los que predicaban, se llega a los azotes. Pues se añade: Entonces los príncipes de los sacerdotes, habiéndoles azotado, les denunciaron que no hablasen en el nombre de Jesús, y los soltaron (Ibíd. 5, 40).

Sed quia apostolorum virtutem premere nec flagella valuerunt, patenter ostenditur, cum protinus subinfertur: Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati (Ibid., 41). Mox etiam post flagellorum gaudia quid agerent indicatur: Omni autem die in templo et circa domos non cessabant docentes et evangelizantes Christum Jesum. Ecce ille paulo ante timidus, jam linguis loquitur, coruscat miraculis, infidelitatem sacerdotum ac principum libera voce increpat, ad praedicandum Jesum, exemplum auctoritatis caeteris praestat, ne in nomine ejus loqui debeat verberibus prohibetur, nec tamen compescitur. Contemnit flagella caedentium, qui paulo ante requirentium verba timuerat; et qui ancillae vires requisitus expavit, vires principum caesus premit. Sancti enim Spiritus jam virtute solidatus, hujus mundi altitudines libertatis calce deprimebat, ut in imo esse cerneret quidquid contra creatoris gratiam altum tumeret.

50. Quibus donis et virtutibus, effuso in se Spiritu sancto, fulserint apostoli.---Haec sunt ornamenta coelorum, haec sunt dona Spiritus, quae diversis manifestari virtutibus solent, quas occultae dispensationis munere divisas Paulus enumerat, dicens: Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiae, alii autem sermo scientiae secundum eumdem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alii gratia sanitatum in uno spiritu, alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum (I Cor. XII, 8, 9, 10). Quae mox generali definitione concludens, ait: Haec autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult. De his etiam coelis in psalmo dictum est: Verbo Domini coeli firmati sunt (Psal. XXXII, 6). De his quoque ornamentis spiritus subditur: Et spiritu oris ejus omnis virtus eorum. Bene itaque dicitur: Spiritus ejus ornavit coelos, quia praedicatores sancti nisi promissa Paracliti dona perciperent, nullo fortitudinis decore claruissent. Sed quia sanctis apostolis virtutum gratia decoratis, vitae praedicatio contra infidelium corda convaluit, et antiquus hostis obsessas infidelium mentes praedicatorum vocibus expulsus reliquit, post ornamenta coelorum apte subjungitur.

Caput XXXII

[Rec. XX].

Ibid.---Et obstetricante manu ejus, eductus est coluber tortuosus.

Pero que ni los azotes pudieron oprimir la virtud de los apóstoles, se muestra patentemente cuando se añade a continuación: Y ellos ciertamente iban gozosos de la vista del concilio, porque fueron tenidos por dignos de sufrir contumelia por el nombre de Jesús (Ibíd. 41). Luego también se indica qué hacían después de los gozos de los azotes: Y cada día en el templo y por las casas no cesaban de enseñar y evangelizar a Cristo Jesús. He aquí el que poco antes era temeroso, ya habla en lenguas, brilla con milagros, increpa con voz libre la infidelidad de los sacerdotes y de los príncipes, ofrece a los demás el ejemplo de autoridad para predicar a Jesús, es prohibido con azotes para que no deba hablar en su nombre, y sin embargo no es contenido. Desprecia los azotes de los que le golpean, el que poco antes había temido las palabras de los que le preguntaban; y el que, interrogado, se espantó de las fuerzas de una criada, azotado, oprime las fuerzas de los príncipes. Pues ya consolidado por la virtud del Espíritu Santo, deprimía con el talón de la libertad las alturas de este mundo, para que viera estar en lo más bajo cuanto se hinchara alto contra la gracia del Creador.

50. Con qué dones y virtudes brillaron los apóstoles, efundido en ellos el Espíritu Santo.---Estos son los ornamentos de los cielos, estos son los dones del Espíritu, que suelen manifestarse con diversas virtudes, las cuales Pablo enumera como divididas por el don de la oculta dispensación, diciendo: A uno ciertamente se le da por el Espíritu palabra de sabiduría, a otro palabra de ciencia según el mismo Espíritu, a otro fe en el mismo Espíritu, a otro gracia de sanidades en el único Espíritu, a otro operación de virtudes, a otro profecía, a otro discreción de espíritus, a otro géneros de lenguas, a otro interpretación de sermones (1 Cor. 12, 8-10). Lo cual, concluyendo pronto con una definición general, dice: Pero todas estas cosas las obra uno y el mismo Espíritu, dividiendo a cada uno como quiere. De estos cielos también se ha dicho en el salmo: Por la palabra del Señor los cielos fueron afirmados (Sal. 32, 6). De estos ornamentos del Espíritu se añade: Y por el espíritu de su boca toda la virtud de ellos. Bien se dice, pues: Su Espíritu adornó los cielos, porque los santos predicadores, si no percibieran los dones prometidos del Paráclito, con ningún decoro de fortaleza habrían brillado. Pero porque, adornados los santos apóstoles con la gracia de las virtudes, la predicación de la vida cobró fuerza contra los corazones de los infieles, y el antiguo enemigo, expulsado por las voces de los predicadores, dejó las mentes obsesas de los infieles, después de los ornamentos de los cielos se añade aptamente:

Capítulo XXXII

[Rec. XX].

Ibíd.---Y ayudando su mano como partera, fue sacada la serpiente tortuosa.

51. Serpens antiquus Dei manu ex peccatorum cordibus quasi ex cavernis suis, ejectus est.---Quis enim colubri appellatur nomine, nisi antiquus hostis, et lubricus, et tortuosus, qui decipiendo homini colubri ore locutus est? De quo per prophetam dicitur: Leviathan serpentem, vectem tortuosum (Isa. XXVII, 1). Qui idcirco loqui serpentis ore permissus est, ut ex ipso vase ejus homo cognosceret qualis esset qui intus habitaret. Serpens quippe non solum tortuosus est, sed etiam lubricus. Quia ergo in rectitudine veritatis non stetit, tortuosum animal intravit. Quia vero suggestioni ejus, si primae non resistitur, repente totus ad interna cordis dum non sentitur illabitur, verba ad hominem per animal lubricum fecit. Cavernae vero hujus colubri corda fuerunt iniquorum. Quae quia ad pravitatem propriam traxit, quasi in eorum habitatione requievit. Sed obstetricante manu Domini, tortuosus coluber de propriis cavernis expulsus est, quia dum nobis divina gratia medetur, is qui nos tenuerat antiquus a nobis hostis ejicitur, sicut incarnata Veritas dicit: Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras (Joan. XII, 31). Unde jam nunc sanctos omnes non tenendo possidet, sed tentando persequitur. Nam quia non in eis intrinsecus regnat, contra eos pugnat extrinsecus; et quia intus dominium perdidit, bella molitur foris. Ille enim eum de carnalibus hominum cordibus expulit, qui propter homines ad incarnationem venit; dumque corda infidelium tenuit, quasi manum ad latibula serpentis misit. Unde recte per prophetam dicitur: Delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis; et in caverna reguli qui ablactatus fuerat manum suam mittet. Non nocebunt, et non occident in universo monte sancto meo (Isai. XI, 8). Quem namque infantem ab ubere, vel eum qui ablactatus fuerit nisi Dominum appellat? Quid vero foramine aspidis et cavernis reguli nisi corda signavit iniquorum? Quia antiquus hostis dum totum se in eorum consensum contulit, quasi in foramine proprio coluber tortuosus, sinus astutiae colligendo glomeravit. Quem et aspidis nomine appellat occulte saevientem, et reguli aperte ferientem. Manum ergo suam Dominus in foramine reguli atque aspidis misit, quando iniquorum corda divina potestate tenuit; et comprehensum exinde aspidem, vel regulum, id est captivum diabolum traxit, ut in monte sancto ejus, quod est Ecclesia, electis fidelibus non noceret.

51. La antigua serpiente, por la mano de Dios, fue arrojada de los corazones de los pecadores como de sus propias cavernas.---¿A quién se llama con el nombre de serpiente (colubri), sino al antiguo enemigo, lubricante y tortuoso, que para engañar al hombre habló por la boca de una serpiente? De quien se dice por el profeta: Leviatán la serpiente, el cerrojo tortuoso (Is. 27, 1). Al cual se le permitió hablar por boca de serpiente para que, por su mismo vaso, el hombre conociera qué clase de ser era el que habitaba dentro. Pues la serpiente no solo es tortuosa, sino también lubricante. Como no permaneció en la rectitud de la verdad, entró en un animal tortuoso. Y como su sugestión, si no se resiste a la primera, de repente se desliza toda entera al interior del corazón mientras no se siente, dirigió sus palabras al hombre por medio de un animal lubricante. Pero las cavernas de esta serpiente fueron los corazones de los inicuos. A los cuales, como atrajo a su propia depravación, descansó casi en su habitación. Pero ayudando la mano del Señor como partera (obstetricante manu), la serpiente tortuosa fue expulsada de sus propias cavernas, porque mientras la divina gracia nos sana, aquel antiguo enemigo que nos había retenido es arrojado de nosotros, como dice la Verdad encarnada: Ahora el príncipe de este mundo será arrojado fuera (Jn. 12, 31). Por lo cual ya ahora no posee a todos los santos reteniéndolos, sino que los persigue tentándolos. Pues porque no reina en ellos intrínsecamente, lucha contra ellos extrínsecamente; y porque perdió el dominio interior, maquina guerras afuera. Pues Aquel lo expulsó de los corazones carnales de los hombres, que por los hombres vino a la encarnación; y mientras retuvo los corazones de los infieles, casi puso su mano en los escondrijos de la serpiente. De donde rectamente se dice por el profeta: Se deleitará el niño de pecho sobre el agujero del áspid; y en la caverna del regulo el que había sido destetado pondrá su mano. No dañarán, y no matarán en todo mi monte santo (Is. 11, 8-9). ¿A qué niño de pecho, o al que hubiera sido destetado, llama sino al Señor? ¿Qué significó con el agujero del áspid y las cavernas del regulo sino los corazones de los inicuos? Porque el antiguo enemigo, mientras se entregó todo entero al consentimiento de ellos, como en su propio agujero una serpiente tortuosa, acumuló los senos de su astucia replegándose. Al cual llama con el nombre de áspid cuando se enfurece ocultamente, y de regulo cuando hiere abiertamente. El Señor, pues, puso su mano en el agujero del regulo y del áspid, cuando retuvo los corazones de los inicuos con la divina potestad; y sacó de allí aprehendido al áspid, o regulo, esto es, al diablo cautivo, para que en su monte santo, que es la Iglesia, no dañara a los fieles electos.

52. Diabolus leoni comparatus.---Hinc namque in Canticis canticorum sponso veniente dicitur: Coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir et Hermon, de cubilibus leonum (Cant. IV, 8). Quid enim aliud leonum nomine quam daemonia designantur, quae ira contra nos atrocissimae crudelitatis insaeviunt? Et because peccatores ad fidem vocati sunt, quorum quondam corda leonum cubilia fuerunt, dum vicisse mortem Dominus eorum confessione creditur, quasi de leonum cubilibus coronatur. Remuneratio quippe victoryae corona est. Toties ergo ei coronam fideles offerunt, quoties hunc vicisse mortem ex resurrectione confitentur. Leo ergo de cubilibus suis pellitur, quia, obstetricante manu Domini, tortuosus coluber in cavernis quas tenuerat habitare prohibetur. Nam victus a fidelium cordibus exiit, qui super haec antea sceptro perfidiae regnavit.

53. Primus Christi adventus in humilitate, secundus in terrore.---Ecce in paucis brevibusque sententiis sanctus vir adventus dominici ordinem retulit, pondera expressit, quid ex ejus incarnatione fieri potuit admirando narravit. Sed qui mira fecit in humilitate veniens, considerari non potest cum quanto terrore venturus est, in majestatis suae fortitudine apparens. Ordo primi adventus illius pensari et conspici in tantum potuit, in quantum ad redimendos carnales veniens, divinitatis suae magnitudinem carnalibus oculis temperavit. Quis vero ejus celsitudinis terrorem ferat, cum secundi adventus potentia per ignem judicium exercens, in potestatis suae majestate canduerit? Unde vir sanctus adventum illius narrat primum, sed lassatur ad secundum, dicens:

CAPUT XXXIII

VERS. 14.---Ecce haec ex parte dicta sunt viarum ejus; et cum vix parvam stillam sermonum ejus audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?

54. Terribilis judicii Dei descriptio.---Quid hoc loco viarum nomine nisi actiones Domini appellat? Unde et per prophetam Dominus dicit: Non enim sunt viae meae sicut viae vestrae (Isai. LV, 8). Adventum ergo Domini narrans, vias Dei ex parte retulerat, quia alia ejus actio fuit, qua nos condidit, alia qua redemit. Ea itaque quae de Domini actione narravit, extremi judicii comparatione levigans, ait: Ecce haec ex parte dicta sunt viarum ejus.

52. El diablo comparado con un león.---De aquí que en el Cantar de los cantares se dice al venir el esposo: Serás coronada desde la cabeza del Amaná, desde la cumbre del Sanir y del Hermón, desde las guaridas de los leones (Cant. 4, 8). ¿Qué otra cosa se designa con el nombre de leones (leonum) sino los demonios, que se enfurecen contra nosotros con la ira de una crudelísima atrocidad? Y porque fueron llamados a la fe los pecadores, cuyos corazones fueron un tiempo guaridas de leones, mientras por la confesión de ellos se cree que el Señor venció a la muerte, es casi coronado desde las guaridas de los leones. Pues la corona es la remuneración de la victoria. Tantas veces, pues, le ofrecen la corona los fieles, cuantas confiesan que Él venció a la muerte por su resurrección. El león, pues, es expulsado de sus guaridas, porque, ayudando la mano del Señor como partera, se prohíbe a la serpiente tortuosa habitar en las cavernas que había retenido. Pues vencido salió de los corazones de los fieles, el que antes reinó sobre ellos con el cetro de la perfidia.

53. El primer advenimiento de Cristo en humildad, el segundo en terror.---He aquí que en pocas y breves sentencias el varón santo ha referido el orden del advenimiento del Señor, ha expresado sus pesos, ha narrado con admiración lo que pudo hacerse por su encarnación. Pero Aquel que hizo maravillas viniendo en humildad, no puede considerarse con cuánto terror ha de venir, apareciendo en la fortaleza de su majestad. El orden de su primer advenimiento pudo ser pesado y contemplado en tanto en cuanto, viniendo a redimir a los carnales, atemperó la magnitud de su divinidad a los ojos carnales. Pero ¿quién soportará el terror de su altura, cuando la potencia del segundo advenimiento, ejerciendo el juicio por el fuego, resplandezca en la majestad de su potestad? Por lo cual el varón santo narra su primer advenimiento, pero se fatiga para el segundo, diciendo:

CAPÍTULO XXXIII

VERS. 14.---He aquí que estas cosas han sido dichas de sus vías en parte; y cuando apenas hemos oído una pequeña gota de sus palabras, ¿quién podrá mirar el trueno de su grandeza?

54. La terrible descripción del juicio de Dios.---¿Qué otra cosa en este lugar con el nombre de "vías" sino las acciones del Señor llama? Por lo cual también por el profeta el Señor dice: Porque no son mis vías como vuestras vías (Is. 55, 8). Así pues, narrando el advenimiento del Señor, había referido las vías de Dios en parte, porque una fue su acción con la que nos creó, otra con la que nos redimió. Aquellas cosas, por tanto, que sobre la acción del Señor narró, aligerándolas en comparación con el juicio final, dice: He aquí que estas cosas han sido dichas de sus vías en parte.

Quod et parvam stillam sermonum ejus appellat, quia quidquid altum, quidquid terribile in hac vita positi de ejus consideratione cognoscimus ex immensitate coelestium secretorum, velut tenuis ad nos gutta superni liquoris emanat: Et quis poterit tonitruum magnitudinis ejus intueri? Ac si aperte dicat: Si humilitatis ejus admiranda vix ferimus, sonorum atque terribilem majestatis ejus adventum qua virtute toleramus? Hunc tonitruum adventus illius etiam Psalmista insonat, dicens: Deus manifeste veniet, Deus noster, et non silebit; ignis in conspectu ejus ardebit, et in circuitu ejus tempestas valida (Psal. XLIX, 3). Hinc Sophonias propheta denuntiat, dicens: Juxta est dies Domini magnus, juxta et velox nimis. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies irae dies illa, dies tribulationis et angustiae, dies calamitatis et miseriae, dies tenebrarum et caliginis, dies nebulae et turbinis, dies tubae et clangoris (Sophon. I, 14). Terrorem ergo districti examinis, quem Sophonias tubam, beatus Job tonitruum appellat. Quem Joel quoque considerans ait: Conturbentur omnes habitatores terrae, quia venit dies Domini, quia prope est dies tenebrarum et caliginis, dies nubis et turbinis: Magnus enim dies Domini, et terribilis valde, et quis sustinebit eum (Joel. II, 1)? Sed quam incomprehensibilis atque inconsiderabilis illa magnitudo, qua in secunda ostensione venturus est, bene utcunque perpendimus, si primi adventus pondera sollicita consideratione pensamus. Certe ut nos a morte redimeret, mori Dominus venit, et defectum nostrae carnis in suo corpore poenasque toleravit. Qui priusquam ad crucis patibulum perveniret, teneri, conspui, illudi, et alapis caedi se pertulit. Ecce ad quanta propter nos venire probra consensit; et tamen priusquam se teneri permitteret, persecutores suos requisivit, dicens (Joan. XVIII, 4): Quem quaeritis? Cui illico responderunt: Jesum Nazarenum. Quibus cum repente diceret, Ego sum, vocem solummodo mitissimae responsionis edidit, et armatos persecutores suos protinus in terram stravit. Quid ergo facturus est, cum judicaturus venerit, qui una voce hostes suos perculit, etiam cum judicandus venit? Quod est illud judicium quod immortalis exerit, qui in una voce non potuit ferri moriturus? Quis ejus iram toleret, cujus et ipsa non potuit mansuetudo tolerari? Consideret ergo vir sanctus, et dicat: Cum vix parvam stillam sermonum ejus audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?

Lo cual también llama una "pequeña gota" (parvam stillam) de sus palabras, porque cualquier cosa alta, cualquier cosa terrible que, puestos en esta vida, conocemos de su consideración, de la inmensidad de los secretos celestiales, emana hacia nosotros como una tenue gota de licor supremo: ¿Y quién podrá mirar el trueno de su grandeza? Como si dijera abiertamente: Si apenas soportamos las maravillas de su humildad, ¿con qué fuerza toleramos el sonoro y terrible advenimiento de su majestad? Este trueno de su advenimiento también el Salmista lo resuena, diciendo: Dios vendrá manifiestamente, nuestro Dios, y no callará; un fuego arderá en su presencia, y en su derredor una tempestad válida (Sal. 49, 3). De aquí el profeta Sofonías denuncia, diciendo: Cerca está el gran día del Señor, cerca y veloz en extremo. Amarga es la voz del día del Señor, allí se atribulará el fuerte. Día de ira aquel día, día de tribulación y de angustia, día de calamidad y de miseria, día de tinieblas y de calígine, día de nube y de torbellino, día de trompeta y de clamor (Sof. 1, 14). Por tanto, al terror del estrecho examen, que Sofonías llama "trompeta," el bienaventurado Job llama "trueno." El cual Joel también considerando dice: Contúrbense todos los moradores de la tierra, porque viene el día del Señor, porque está cerca el día de tinieblas y de calígine, día de nube y de torbellino: Porque grande es el día del Señor, y terrible en gran manera, ¿y quién lo sostendrá? (Joel 2, 1). Pero cuán incomprensible e inconsiderable sea aquella magnitud con la que en la segunda manifestación ha de venir, bien de algún modo lo pesamos si pensamos con solícita consideración los pesos del primer advenimiento. Ciertamente, para redimirnos de la muerte, el Señor vino a morir, y toleró en su cuerpo el defecto de nuestra carne y las penas. Quien antes de llegar al patíbulo de la cruz, se permitió ser prendido, escupido, burlado y golpeado con bofetadas. He aquí a cuántos oprobios por nosotros consintió venir; y sin embargo, antes de permitirse ser prendido, preguntó a sus perseguidores, diciendo (Jn. 18, 4): ¿A quién buscáis? A lo cual inmediatamente respondieron: A Jesús Nazareno. A quienes cuando de repente les dijo: Yo soy, emitió solamente la voz de una mitísima respuesta, y al instante derribó por tierra a sus armados perseguidores. ¿Qué pues ha de hacer cuando venga a juzgar, quien con una sola voz golpeó a sus enemigos aun cuando vino para ser juzgado? ¿Cuál es aquel juicio que el Inmortal ejercerá, quien no pudo ser soportado en una sola voz habiendo de morir? ¿Quién tolerará su ira, cuya misma mansedumbre no pudo ser tolerada? Considere, pues, el varón santo, y diga: Cuando apenas hemos oído una pequeña gota de sus palabras, ¿quién podrá mirar el trueno de su grandeza?